




Disputationes hoc volumine
contentae.

1	De Nobilitate	—	Pag: —
2	De Levatorum auctoritate et Opprobriis	—	21
3	De jure Colonario, si perpetua colonia.	—	93
4	De nuptiis.	—	135
5	De jure dotalium	—	165
6	De Fideicommissis familia	—	201
7	De jure succedendi in rebus ex hereditariis, & utensilibus finibus quibusvis vine quibusvis	—	225
8	De jure Pontificis	—	257
9	De anteaquibus: s. reconventionem.	(in crimin:)	291
10	De speciali in rem actione, sive rei vindicatione.	—	301
11	Disp: juridica de fide	—	315
12	De actione finium regundorum	—	358
13	Disp. Jurid. de moneta. Et	—	366
14	De Commenciorum navatum jure singulari	—	380

	De retractu	P	409.
16	Theses ad l. Gally Aquilig 29 ff. de lib & postum		423
17	De mutuo		440
18	De litis contestatione		454
19	De justitia et jure, ejusq; divisionib; 458		
20	De summa divisione personarum in liberos et servos		468
21	De patria potestate acq; vivenda et dissolvenda		478
22	De tutela constituenda et fini- enda		490
23	De Curatorib; eorumq; cum Tuto- rib; jure communi		502
			526
24	De dominio naturali		
25	De testamentis ordinandis quoad Institutiones & substitutiones		530
			552
26	De successione ab Intestato		
27	De Contractib; in genere et in specie realib;		578.
28	De Stipulationib; et fidejussorib;		604
29	De publicis judiciis		624

- 30 De definitione et divisionibus feudorum P. 638
- 31 De constitutione feudi per conventionem & successionem. ——— 642
- 32 de acquisitione feudi per investituram 648
- 33 De reliquo jure Investiturae, et praescriptione feudi ——— 656
- 34 De jure Vasalli in feudo ——— 662
- 35 De jure Senioris, et agnatorum in feudo ——— 668
- 36 De actionibus, iudicio et processu feudali ——— 676
- 37 De Institutionibus & substitutionibus Haereditum. ——— 686
- 38 De Contractibus Consensualibus, quasi contractibus, et modis tenentiarum obligationum ——— 700



Q. D. B. V. 20 26 552
THESIUM JUSTINIANEARUM
VELITATIO DECIMA,

De
SUCCESSIONI-
BUS AB INTE-
STATO.

Quam
Autoritate & Permissu Magni-
fici Jctorum Ordinis in almâ Leucoreâ,
PRÆSIDE

VIRO Nobili, Consultissimo & Excellentissimo

DN. GOTTFRIDO SUEVO;
J. U. D. & P. P. Celeberrimo Curiaë Elector. Facultat.
Juridicæ ut & Scabinatus Assessore gravissimo, Patrono suo
atque Præceptore submissè colendo,
defendet

GEORGIUS ADAMUS HERFURTH,
MISNENSIS.

Ad d. 3 Octobr.

In Acroaterio Jctorum,



VVITTEBERGÆ,
PRÆLO HAKENIANO, MDC LII.

Q. B. V.
THESIUM JUSTINIANEARUM
VLTATIO DECIMA

SUCCESSIONI

BUS AB INTE

STATO

Auctoritate & Permissu Magni

Magistri

Magistri

DN. GOTTFRIDO SUEVO

J. U. D. & P. P. Celeberrimo Curie Elector. Facultatis

Juridice & Scholasticæ Auctoritate gravissimo, Patrono suo

Magistro Francisco Schmidt colando

Magister

GEORGII ADAMIUS HERPURN

MISNENSIS

Magister

In Auctoritate Juris

Decorative border

WITTENBERG

FRANCO MARENANO, MDC LIII





553

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE.

In Auditorio J. C. Torii
ad d. Octob. 1652.

THESIUM JUSTINIANEARUM
VELITATIO DECIMA,

De

SUCCESSIONIBUS AB
INTESTATO

Quam
PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO D.

& P. P.

instituet

GEORGIUS ADAMUS HERFURTH
MISNENSIS.

THESIS I.

AB intestato (a) si quis decesserit, (b) primum omnium, liberos suos, (c) heredes habet, (d) modo justis & legitimis sint, (e) neque monstruosi, (f)

ad tit. inst. de hered. qua. ab intest. §. seqq.

(a) Quod quibus modis fiat, exponit Ulpianus in l. i. pr. ff. de suis & legit. & Imperator in pr. Inst. de hered. qua. ab int. si quis vel omnino testamentum non fecerit, licet codicillos fecerit, arg. l. 8. §. 1. ff. de jur. codicill., aut non jure fecerit ommissis scilicet solen-

A 2

nita-



nitatibus substantialibus (idem enim est non fieri aut non rite fieri. *arg. l. 6. ff. qui satisfd. cog.*) aut id quod fecerat ruptum est, puta natiuitate posthumi §. 1. *Inst. quib. mod. testam. infirm.* aut irritum factum, testatore capitis deminutionem passo §. 1. *Inst. d. t.* aut si ex testamento nemo heres extiterit; id est hereditatem non adierit, quo casu testamentum dicitur destitutum siue desertum §. 8. *Inst. de hered. qua ab intest.* Qui vero testamentum facere non potuit, veluti impubes, furiosus, prodigus, quanquam proprie non sit intestatus, cum intestatū esse sit privatio, quæ præsupponit habitum; pro talibus tamen eos accipere debemus, ait *Ulp. in d. l. 1. pr.* effectu nimirum inspecto quatenus hereditatem relinquunt tanquam ab intestato. Sicut & passim in iure intestati dicuntur *l. 18. §. ult. ff. ad L. Falcid. l. 4. §. 3. ff. qui pet. tut. l. 6. C. ad SC. Tertull. l. 10. C. de legit. her. vid. Treutl. vol. 2. disp. 16. §. 1. lit. a. Hillig. ad Don. lib. 9. comm. c. 1. lit. J.* Is quoque intestatus proprie dici non potest, cuius testamentum per querelam inofficiosi eversum est. Datur enim demum aditā hereditate & ante aditam hereditatem, ne quidem nasci dicitur querela *in l. 8. §. si conditioni 10. ff. de inoffic. testam.* quæ aditio hereditatis cum præsupponat validitatem testamenti utique intestatus decessisse dici non potest, cuius testamentum post mortem fuit validum, Ex accidenti tamen evenit, ut everso & abolito testamento fiat intestatus quantum ad hereditatem, eaque deinceps à legitimis heredibus tanquam ab intestato capiatur *vid. Vult. ad d. pr. Inst. b. t.*

(b) Quod præsumitur in dubio, & propterea successuri, id probare non coguntur, sed contra, testamentum

554
mentum factum esse, probandum erit; Etiam si de-
cesserit quis in loco in quo frequentissime testamen-
tum fieri consuevit; multis enim modis fieri potest,
aliquem ex more recepto, qui in talibus necessitatem
non imponit, testamentum non condidisse. Cæterum
successio hæc ab intestato, in specie dicitur Legitima,
quatenus nimirum sola lege citra voluntatem de-
functi expressam defertur; qua ratione successioni
testamentariæ opponitur *in l. 3. §. 2. ff. pro Soc.* Alias
& successio testamentaria non improprie dicitur legi-
tima, quatenus lege 12. tabul. testamentariæ heredita-
tes confirmantur. *l. 130. de V. S.* & ita deferuntur à le-
ge non immediatè sed mediate, dum lex voluntatem
defuncti sequitur. Iusta quoque dicitur hæc succes-
sio ab intestato, unde societate sic inita, ut si qua iusta
hereditas alterutri obvenerit, communis sit, placuit
de hereditate strictè & propriè legitima, quæ iusta est,
id est ab intestato & ex debito quasi obvenerit *l. 7. ff. de
bon. damnat.* tantum intelligendum esse; adeoque
testamentariam hereditatem alterutri sociorum ob-
venientem communem non fieri *d. l. 3. §. 2. ff. pro soc.*
varias utriusque legis conciliationes vid. ap. *Fachin.
tit. 6. controuv. c. 41. conf. Dn. Ungep. Exerc. 9. q. 2.*

(c) Omni jure suffragante, divino, naturali; civi-
li, veteri ac novo, Prætorio, Saxonico &c. Nam ratio
naturalis quasi lex quædam tacita liberis parentum
hereditatem addicit, velut ad debitam successionem
eos vocando, ait Jctus *in d. l. 7. ff. de bon. damn.*

(d) Qui succedant patri & matri, licet ad hujus he-
reditatem olim tantum ex Scto Orficiano admissi
fuerint *t. t. J. de S. C. Orfic:* cum jure civili quo matri

nec sui nec agnati erant à successione ejus excluderentur.

(e) Ex justis nuptiis procreati, & justo tempore nati sc. septimo mense l. 12. ff. de stat. hom. non completo tantum, sed incepto quoque: puta, post contractas nuptias die 182. l. 3. §. ult. ff. de suis & legit. hered. Qui dies 182. computatis in singulos menses 30. diebus conficiunt sex menses & 2. dies. Quod autem in singulos menses, quoties eorum in Legibus, statutis, contractibus & ultimis voluntatibus fit mentio, 30. dies computandi sint, nisi aliud expressum aut receptum sit, latè probat *Rauchbar. p. 2. q. 24. n. 10. & seqq.* & num. 3. d. c. calculo, secundum mensem luna rem qui est 29. dierum cum 12. horis appposito illos 182. dies aliter imputat, ut conficiant sex menses & quinque dies. Mense octavo post nuptias editus partus quamvis plerumque vitalis non sit (cujus quidem exempla contraria non desunt, testibus medicis) non tamen pro illegitimo habendus est, ita ut nec maritus audiendus sit, divortium petens ideo quod uxor octavo mense pepererit, licet probare velit, eum ante nuptias cum alio rem habuisse *Beust. de matrimon. q. 36.* nec statuti opificum quæ & parientem octavo mense & partum notant, comprehendatur. *Moll. lib. 3. semest. c. 28.* Et secundum hanc sententiam partum quinto post septimum mensem die editum, legitimum esse, ab Antecessoribus nostris pronunciatum fuit, teste *Förstero lib. 1. disp. 3. q. 4.*

Nono & decimo mense post mortem mariti partum legitimum nasci extra controversiam est l. 29. pr. ff. de lib. & posthum. Sed post 10 menses mortis natus, non habetur pro legitimo l. 3. §. 12. ff. de suis & legit. quod

155
quod tamen de eo intelligendum qui sub finem un-
decimi mensis editus est; Nam sub initium ejus na-
tus, legitimus haberur. Et ita in consistorio & Dica-
sterio VVitteb. pronuntiatum referunt *Beust. d. q. 36.*
inf. Rauchb. d. q. 24. inf. adde Speckhan. cent. 1. q. 77. &
Arum. lib. 2. decis. in coron. ubi sub finem recte monet
judicem, ut considerata persona & vita mulieris, &
priori tempore pariendi fideliter attento, consilioq;
medicorum adhibito de partu undecimestri statuatur.
Cui autem tribuendus sit partus, à muliere, quæ de-
functo marito mox alteri nupsit, nono post mortem
mense editus, an priori an posteriori marito, an utri-
que, an neutri, an ei ad cujus similitudinem & for-
mam propius accedit (*vid. Speckhan. cent. 1. q. 79.*) su-
pervacaneum hodie est disputare: cum nuptiis se-
cundis certa definita sint spacia. Et in terris hisce Sa-
xonis viduæ post annum demum, viduo post dimi-
dium à morte conjugis ad secunda vota transire li-
ceat: Ex Ordinatione matrim. Serenissimi nostri Do-
mini Electoris, c. 5. *in fin.*

(f) Contra formam humani generis nati, non si
membrorum officia vel ampliata sint vel deficient.
l. 14. ff. de stat. homm. l. 12. §. 1. ff. de lib. & posthum.
Quamquam autem monstrosi aut prodigiosi partus
inter liberos non contumerentur *d. l. 14. alia* tamen
ratione parentibus prosunt ad evitandas nimirum
Legis Papiæ poenas, quæ orbos liberis parentes, decima
parte eorum quæ in testamento iis relicta erant, mul-
ctabat & Fisco applicabat. *vid. Hotom. in Indice LL. Rom.*
verb. Papiæ. Non enim imputandum est iis qui qua-
liter potuerunt, statutis obtemperaverunt neque id
quod fataliter, accessit matri damnum injungere de-
bet,

bet, ait Jctus in l. 35. ff. de V. S. vid. Speckhan. d. cent. 1.
quest. 81.

de Succes-
sione legi-
timato-
rum ad-
optivorū
natura-
lium &c.

Th. 2. Succedunt quoque ab intestato liberi legi-
timati (a) adoptivi, (b) naturales tantum. (c) Imò &
Spurii interdum, (d) non item ex damnato coitu pro-
gnati, (e) non Spirituales (f).

(a) Et quidem per subsequens matrimonium §.
ultim. J. de Nupt. §. 2. J. de hered. qua ab intest.
Qui modus legitimandi potentissimus est: & vitium
omne natiuitatis precedentis purgat, ut qui antea
sunt geniti post contractum matrimonium legitimi
habeantur c. tanta X. qui fil. sint legit. liberis naturali-
bus & legitimis simul per omnia pares, cum quibus
ex æquo succedunt, non tantum in allodialibus ve-
rum & in feudalibus ex generalitate d. c. tanta quod
procedit licet concessum sit feudum Vasallo pro se &
liberis legitimè natis vor sich vnd seine Erlich ge-
bohrne Leibeslehn Erben / Quæ sententia non
tantum in Camera Imperiali verum etiam in Judiciis
Saxonicis recepta, præjudiciisque plurimis firmata
est testibus Mynsing. cent. 5. obs. 42. Hartm. Hartmanni
112. 34. obs. 6. conclus. 1. Schneidvv. in Epitom. feud. p. 6.
c. 3. n. 14. Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 41. n. 37. Nec ever-
tit hanc sententiam generalitas d. vers naturales 2. F. 26.
si quidem restringenda illa est ad eos qui post mortem
patris fiunt legitimi. Agit enim feudista tantum ibi-
dem de casu, quo de feudo defuncti contentio fuit in-
ter Dominum & agnatos Vasalli, uti in rubrica innuit.
Decisionem itaque in d. vers. ad eundem casum diri-
gere voluit, quo, defuncto Vasallo cum de successio-
ne querebatur, naturales, adhuc extabant quos postea
legitimos fieri contigit. Et hos successionem feudi
nec solos nec cum aliis admitti ait, quæ ipsa formula
loquen-

loquendi argumento est ad legitimatos per rescriptum principis respexisse Feudistam, in quibus Jure civili iisdem verbis distingui solet, an soli sint, an cum aliis legitimis concurrant. *Novell. 89. c. 9. § II.* Ad legitimatos autem per subsequens matrimonium sola generalitas, præter mentem Feudistæ extendi non debet. Vid. *Arum. disp. feud. 6. §. 20. Hanon. disp. Inst. 12. §. 6. Dn. Ungep. Exer. 9. q. 6.* Alter legitimandi modus à Theodosio introductus *l. 3. C. de nat. lib. Novell. 89. c. 2.* dicebatur olim per Oblationem Curia, quãdo scilicet vel Pater filium Naturalem etiam justis liberis extantibus *l. 9. §. ult. C. de Natural. lib.* vel filius naturalis se ipsum in casu non extantium justorum liberorum *Novell. 89. c. 2. §. 1.* offerebat curia loci, unde pater ortum habebat, ad capessenda munera municipalia, quæ, cum nemo facile subiret. placuit ita invitari naturales oblato proemio legitimæ nativitatis *vid. l. 3. l. 4. C. 9. §. passim C. de natural. lib.* Male autem Accursius, & alii oblationem curia interpretantur de adscriptione vel assumptione in servitium vel ministerium Principis aut Præsidis. Nullibi enim id reperitur in jure, sed semper curia, curialis fortunæ, curialis conditionis fit mentio. *dd. loc.* Quæ Curia non Principis intelligitur, sed ea quæ in municipalibus civitatibus est. Unde decuriones dicebantur, hinc & alia officiorum nomina in municipiis frequentia. Duumviri, defensores civitatum, quorum illi Consules Romanos, hi tribunos plebis referebant. *vid. Donell. lib. 2. comm. c. 21. ibique Hillig.* Hoc autem curiarum genere sublato, etiam ipse hic modus legitimandi cessat. Olim vero effectus ejus quoad successionem hic erat, oblatus à patre, vel filia curiali nup-

B

CURIA

tum locata *Nov. 89. c. 3. in fin.* Soli patri cui tantum
legitimi fiebant, succedebant non ascendentibus, de-
scendentibus vel collateralibus patris *d. Nov. 89. c. 3. & 4.*
Tertius legitimandi modus hodieque una cum
primo illo receptus, fit per rescriptum Principis &
tantum procedit, si pater justos liberos non habeat. *d.*
Nov. 89. c. 9. His enim existentibus Legitimationi
locus non est regulariter, nisi Princeps clausulam ad-
jecerit, *non obstante quod liberi legitimi supersint.* Quod
si post factam legitimacionem justos liberos ex matri-
monio susceperit Pater, non rescinditur legitimatio,
licet ad eum casum res devenerit, à quo initium cape-
re non potuit *l. 85. ff. de R. J. & æquiparantur*, qui
sic legitimi sunt, legitimè natis, non tantum quoad
patriam potestatem & familiam, (ut Tiraquellus opi-
natur: liberos justos postea natos succedere solent).
Verum etiam quoad successionem, quæ potissimus est
Patriæ potestatis effectus. In feudis tamè sic legitimi
non succedunt. *Dd. comm. in d. c. un. vers. naturales 2. F.*
26. nisi in specie ad feudum quoque legitimi, idque
instrumento investituræ insertum fuerit. *Mynsing.*
cent. 5. obs. 42. ad quod consensu agnatorum opus est
in feudo antiquo. Et Imperatorem Maximilianum
Secundum in præjudicium agnatorum, ad feuda le-
gitimare nunquam voluisse, refert. *Gail. 2. obs. 145. in*
fin. Formulam diplomatis Imperatorii quo filius na-
turalis legitimatus est vide apud *Schneidov. in Epit.*
feud. p. 6. circa fin. Wir haben mit N. seiner vneh-
lichen Geburt halben gnädiglichen dispensi-
ret vnd solche macul vnd verschmeyligung von
ihm genommen / die gantz auff gehet vnd ab-
gethan / vnd ihn an die würde Ehliches stan-
des

527
des erhebet vnd geehliget / etc. gleicher weise
als wenn er von dem stamme der N. ehlich ge-
bohren / etc. ubi in sequentibus in specie legitima-
tio ad feuda continetur.

(b) Modò tempore mortis sint adoptivi. §. 2. *J. de
Adopt. §. 14. J. de her. qua ab int. l. pen. C. de adopt.*, Jus
enim succedendi ab adoptione depēdet, qua cessante
& soluta per emancipationem, illud quoque cessat, &
emancipatus tanquam extraneus in patris quondam
adoptivi bonis nihil juris habet. Aliud est in iis, qui
ab ascendentiū aliquo adoptati fuerunt: Hi licet ab
eodem post mortem patris naturalis emancipentur,
non tamen ab ejusdem, ut nec à patris naturalis here-
ditate excluduntur, *vid. Harpr. in comm. Inst. ad b. c.
n. 244.* Sane in feudis adoptivos succedere non posse
clarissima Feudistæ assertio est *inc. un. vers. adoptivus.
2. F. 26.* quod interpp. *ad d. vers. communiter etiam*
ad arrogatum extendunt, ut nec is Quartam, quam
ipsi ex bonis arrogatoris. *D. Pius assignavit §. 3. Inst.
de adopte.* ex feudo petere possit. Statuto tamen con-
suetudine, pacto aut privilegio Principis arrogatio-
nem vel adoptionem ad feudum, consensu agnato-
rum in feudo antiquo, confirmantis, quin succedant
adoptivi dubium non est. *vid. post alios. Gethofr.
Ant. d. disp. Feud. 5. §. 6. lit. B.*

(c) Ex concubina suscepti, qui, non extantibus libe-
ris aut uxore justâ; succedunt in sextantem s. duas un-
cias Paternæ substantiæ, (nam in bonis aliorum a-
scendentium nihil juris habent *l. ult. in fi. C. de natur.
lib.*) cum matre partiendas, ita ut quotquot sint libe-
ri, unius ex illis portionem mater habeat. Extante
autem uxore legitima, aut liberis justis: liberi natu-
rales

B 1.

rales

rales prorsus excluduntur: & saltem alimenta ex bonis patris arbitrio boni viri accipiunt, *Novell. 89. c. 12. §. 6. Auth. licet. C. de natural. lib.* Id quoque requiritur, naturales hosce ex una concubina, quæ sola patri affectu indubitato conjuncta erat, procreatos fuisse. Nam si priori concubinæ super induxerit alias, in totum excluduntur concubinæ & liberi, idq; in odium effusæ concupiscentiæ. cum nec concubinæ sint tales mulieres sed fornicariæ. legem autem non domus luxuriantibus sed pudicis ait *Imp. in d. Novell. 89. c. 12. §. 5.* Aliud est, si de hereditate matris quærat. Huic enim, etiam si illustris sit, ut & ascendenti bus maternis succedunt liberi naturales, cujuscunque gradus sint. Sive alii legitimi extent, sive non, *l. 2. l. 8. ff. unde cogn. §. 3. Instit. de SC. Orfic. l. 5. inf. C. eod. tit.*

(d) Ex publica meretrice, quæ vulgo se prostituit, procreati, unde & vulgo quæsi vel concepti dicuntur *§. pen. Inst. de Nupt.* Hi patri non succedunt, quia nec patrem habere intelliguntur, & Pater iis incertus est *d. §. pen.* matri tamen, quæ semper certa est, succedunt, nisi illustris sit, in mulieribus enim ingenuis & illustribus, quibus castitatis observatio præcipuum debitum est, nominari spurios satis injuriosum satisque acerbum ait *Imp. in l. 5. C. ad SC. Orf.*

(e) Sive incesto & nefario complexu & quidem scienter, non ex errore contracto *vid. l. 4. C. de inc. nupt.* qui ne quidem naturales sunt nominandi, omnis paternæ substantiæ indigni beneficio, ut nec alimenta ipsis debeantur à patre *Auth. Ex complexu C. de incest. nupt. Novell. 89. c. ult.* Quæ Novella clarior est quam ut in dubium vocari possit. quod facit *Connan. lib. 8. c. 6. n. 5. in fin.* Certam potius hanc Juris civilis
San-

558

Sanctionem, rationibus confirmat & ab iniquitate defendit *Gregor. Lopez. animadvers. Jur. civil. c. 32.* cui in eo non assentimur, quod Jure can. contrarium non inductum, sed Jus civile potius approbatum esse contendit *in c. per venerabilem 13. X. qui filii sint legit. quem & sequitur. Trentl. vol. 2. disp. 16. b. 3. inf.* Nam *in d. c. 12.* saltem refert Pontifex rigorem Juris civilis, quod nimirum seculares Legestibus liberis ex damnato coitu procreatis, etiam alimenta negent. non autem approbat; quin potius contrarium & à jure civili differens expresse statutum est *in c. cum haberet 5. X. de eo qui dux in matrim. quam poll.* quem textum vix de monitione saltem intelligere licebit, ut vult *Lopez d. loc.* cum Pontifex ibidem sollicitudini Episcopi, siue quærentis injungat. ut liberis illis adulterinis ab utroque parentum, secundum quod suppetunt eis facultates necessaria subministrentur. Et hæc æquitas Juris Canonici non tantum in suo foro, quod nec ipse *Lopez.* diffitetur. verum etiam alibi in Imperio observatur & secundum eam Consistoriales in terris Saxonice pronuntiare, testatur *Beuf. de matrim. cap. 60*

(f) Quia cognatio Spiritualis Canonistarum per Levationem ex Baptismo. Nec non per dationem siue collationem baptismi & attestationem contracta. (Unde novem propinquitatis species commenti sint *Hostiens. 6. CC. comm. ad. rubr. X. de cognat. Spirit.*) neque in nuptiis attenditur (dudum abolita *Justiniani* constitutione *in l. si quis alumnam 26. C. de nupt. Wesenb. Parat. ff. de Rit. nupt. n. 4. in fin.*) neque in successione, cum cognatio illa ut ait *Panorm. in c. 6. X. qui fil. sint leg.* in spiritu consistat. & ad bona core-

poralia extendenda non sit. Hisce à successione prohibitis liberis rectè annumerantur perduellium sive læsæ majestatis reorum liberi §. 5. *Inst. de hered. qua ab intest. l. 5. C. ad L. Jul. Majest.* nec non Apostatæ & hæretici qui & testamentaria & ab intestato delata hereditate sunt indigni, eaq; liberis cæteris aut agnatis orthodoxis. aut his deficientibus Fisco cedit *vid. l. 3. C. de Apostat. l. 4. §. 2. l. 19. pr. in fin. l. ult. & Auth. credentes, Auth. Gazaros. C. de heret.*

Th. 3. Neq; differentia constituenda est inter liberos ratione nativitatis (a) sexus, (b) Suietatis (c) conditionis, (d) ordinis nascendi, (e) & gradus (f).

(a) An jam nati sint, an nascituri, sive posthumi. Id est post mortem patris nati, hi enim omnino succedunt cum cæteris liberis etiam de jure veteri §. 2. *Inst. de hered. qua ab intest.* quod ex ipsa L. 12. tabul. deducit *JCtus Ulpian. in l. 3. §. 9. ff. de suis & legit.* Nec in allodialibus tantum, sed & in feudalibus succedunt. *vid. Schurer. de success. ab intest. tit. de descend. success. reg. 1. spec. 1. ampl. 2.* dum tamen vivos eos natos esse probatum fuerit, per testes ad minimum duos, aut etiam mulieres in partu præsentis. veteri illo modo Saxonico probandi nativitatem posthumi per quatuor viros & duas mulieres parturienti adstantes *Cond. lib. 2. art. 33.* hodie abrogato, ita ut nec opus sit nascentis aut nati vocem intra 4. parietes domus auditam esse, quod olim requirebatur *Lehr. c. 20. vid. Schneidvv. ad §. 3. Inst. de bon. poss. n. 10.*

(b) An filius vel filia, Æqualiter enim succedunt parentibus, exceptis tamen feudis & de jure Saxonico pecunia composititia *Mangelot* oder *Wehrgelot* quam homicida poenæ loco solvit, rebus expeditoriis & gera-

579
& geradicis Deergewette vno Gerade / è quibus
illæ filiis præcipuæ sunt, regulariter, (vide tamèn,
quoad pecuniam compositam *Moller. ad constit. 11.*
p. 4. n. 5.) hæ filiabus *Landr. lib. 1. art. 27.* filiis non i-
tem, nisi sint clerici, *Landr. lib. 1. art. 5.* quo Jure etiam
nostrarum Ecclesiarum Pastores, gaudent *vid. Goldt-
beck. in tract. de Geradâ de success. descend. n. 17. Berlich.
decis. 48.* In feudis successio filiorum est regulariter *c.*
1. F. 3. c. un. 1. F. 8. pr. & §. 2. & passim, non filiarum,
nec aliarum faminarum, nisi feudum sit foemineum
id est à foemina primitus acquisitum *Weiber or-
der guncellehn.* aut pacto investituræ, statuto vel
more Regionis receptum sit, ut faminae succedant
in quibus casibus foeminae succedunt in feudis non
quidem una cum filiis aliisque à primo acquiren-
te descendentibus masculis (nisi pacto investitu-
ræ aliter cautum sit, ut unâ cum illis succedant,) sed
demum deficientibus iis *c. un. 1. F. 8. §. 2.* Semel ta-
men à masculo exclusa foemina, non in perpetuum
exclusa censetur sed extincto masculo, Jus succeden-
di cum effectu nanciscitur, sicut in allodialibus, cum
à præcedente gradu removeretur, vel prohibetur po-
tius posterior, non vero in totum excluditur, quin po-
tius obstaculo illo remoto subintrat ipse & succedit.
Et hæc omnino mens & intentio fuit, tum primi ac-
quirentis, tum domini concedentis tale feudum, fæ-
minam nimirum ab extante masculo excludi quidē,
vel rectius prohiberi tamdiu à successione. Eo autem
extincto admitti. *c. un. 1. F. 8. §. 2. c. un. 2. F. 17.* de tex-
tu huic sententiæ nostræ maxime adversario. *in c. un.*
1. F. 6. §. 1. videndi sunt Feudistæ: & *Hartm. Pistor. lib.*
2. q. 36. Heig. p. 1. q. 26. (ubi in Collegio nostro Anteces-
fores

ores ita pronunciaſſe refert) *Finckelth. diſp. Feud. 6. q. 27. Niell. diſp. feud. 5. 0. 4. lit. c. Zabel Exerc. feud. 6. 0. 2. lit. f.* Cæterum inæqualitatem inter filios & filias in allodialibus induci, ut nimirum filii tantum, maxime in immobilibus ſuccedant, filiabus excluſis, nec ipſi Deo diſplicuit, in Politia Moſaica *vid. Num. c. 27. verſ. 8.* nec parum ad conſervandum familiarum ſplendorem conducit; Et ita quibusdam in locis circa prædia & avita bona obſervatur: Erat & olim inter deſcendentes ex maſculo & femina differentia. Et vetuſtas ex maſculis progenitos plus diligens, nepotes quidē vel neptes ex his deſcendētes primo loco ſuccedere jubebat; nepotes autem ex filiabus deſcendentes, inter cognatos numerans, poſt agnatos demum vocabat. Poſtea conſtitutionibus Divorum Principum Valentiniani Theodoſii & Arcadii cum nepotibus ex maſculo, uno quidem gradu & ordine admittebantur, cum deminutione tamen tertie partis, id eſt, ut minus tertia parte acciperent, quam mater eorum vel avia fuerat acceptura *vid. §. ult. Inſt. de hered. que ab Inteſt.* Verum ſublata eſt de Jure noviffimo hæc differentia, & ex æquo ſuccedunt hodie nepotes ac ulteriores ſive ex filiis deſcendant, ſive ex filiabus *Nov. 118. c. 1.* Illud addendum eſt de Hermaphroditis ſive androgynis; de iis circa ſucceſſionem ſtatuendum eſſe ſecundum qualitatem ſexus incaleſcentis ſive prævalentis. *l. 10. ff. de ſtat. hom. confer. l. 15. §. 1. de teſtib. & Vult. 1. de feud. c. 9. n. 61.*

(c) An ſui vel emancipati, olim ex 12. tab. tantum ſui heredes ſuccedebant *§. 1. Inſt. de hered. que ab Inteſt. Inteſtatorum hereditates primo ſuorum heredum, velint nolintve ſunto.* Et emancipati jure civili nihil

juris habebant in hereditate Patris præterquam quod
Prætor naturali æquitate motus eis bonorum posses-
sionem Unde liberi, dabat §. 9. *Inst. d. t. de jure novo*
autem suitatis & emancipationis differentia sublata e-
mancipati etiam Jure civili cum suis æqualiter suc-
cedunt. *Novell. 118. c. 1.*

(d) An Laici vel Clerici, nam nec hos, qui sanctimo-
nialē conversationē elegerunt, ab hereditate Parentū
testatorū vel intestatorum excludi voluit Justinianus
in l. pen. §. 1. C. de Episc. & cler. Consentit jus sax. Landr.
l. 1. art. 5. Monachi vero monasterium ingressi,
ipso ingressu se suaque dedicant Deo & monasterio
acquirunt omnia, ita & nec Domini rerum sint, nec
testari de iis possint. *Auth. ingressi C. de SS. Eccles. Ju-*
re Sax. verò ab allodiis & feudis excluditur mona-
chus; er hat sich von Landrecht vnd Lehnrecht
geleget/ ait Saxo Landr. lib. 1. art. 25. In feudis,
clericorum successio nulla est *c. un. 2. F. 26. vers. quæ*
clericus c. un. 2. F. 30. & 36. cum defierit esse miles se-
culi, qui factus est miles Christi, nec beneficium per-
tineat ad eum, qui non debet gerere officium, ait Feu-
dista *in c. un. 2. F. 21. in fin.* Nec admittitur Clericus, e-
tiam si per substitutum servitia præstare velit, ob gene-
ralitatem dd. textuum. qui Clericum simpliciter à
successione removent & in primis *in d. c. un. 2. F. 36.* Cle-
ricus & Fœmina quantum ad successionem compa-
rantur, Jam fœmina removetur à successione feuda-
ti, licet per substitutum servire velit, Idem ergo de
Clerico dicendum erit. maxime cum limitatio illa de
servitiis per substitutum præstandis nullibi in Jure
feudali reperiat. *Vid. Hartm. Pistor. lib. 2. q. 33. Finc-*
kelchus. di. p. Feud. 6. q. 16. ubi Cubachium dissentien-
C tem

tem prolixè refutat. Sane D. Electori Augusto contra generalem & Juri communi feudali consonam dispositionem Juris Saxonici *Landr. d. art. 25. lib. 1. & Lehn. c. 2. pr.* aliter placuit, qui *p. 3. constit. 28.* Clericos ut & Monachos votum & habitum monasticum deponentes & monasterio excedentes ad successionem feudalem admittit, si per substitutum servitia expediant, multoque minus, Ordinis Personas & milites Hierosolymitanos à successione feudali excludendos esset voluit *in d. const. 28.*

(e) An primogeniti, an posteriores; quanquam illorum; saltem in feudis Regalibus; quæ divisionem aspernantur. *c. un. 2. F. 55.* & hodie, fere tantum in Electoratu seculari potior sit conditio *Aur. B. t. 7.* Ex qua successio in dignitate Electorali cum annexis feudis ad solum primogenitum filium Legitimum Laicum & idoneum pertinet, exclusis fratribus cæteris, quibus vel certa ditionis portio vel quantitas pecuniæ ad alimenta Principe digna assignatur. *vid. A. B. t. 24.* Ita & Josaphat Regnum Joram filio primogenito transcripsit, cæteris aurum argentum & preciosa cum civitatibus dedit, *2. Chron. 21. vers. 3.* Et tales hodie dicuntur *abgefundene Herrn* à Gallorum vocabulo, *A pennage*, quasi ad panem i. e. sustentationem data portio. *vid. Besold. in Colleg. Polit. disp. 6. class. n. 25.* Nec tantum in Electoratu seculari verum & in regnis hereditariis, & Ducatibus quibusdam Imperii, Jus primogenituræ obtinet. Qualia exempla recenset *Anton. Coler. de Jure Imp. Rom. 8. 6.* Quamquam de consuetudine dividi passim videamus Ducatus aliaque feuda Regalia, tum quoad administrationem, tum quoad bona & dominium, quod

quod parum è re Imperii esse censet. *Gail. lib. 2. Obs. 153. n. 2. adde Wurmser. Exerc. 3. P. 2. l. 14.* Quænam apud Judæos prærogativa primogenitorum fuerit in capiendo duplicato cibo, dupla portione hæreditatis. in sacrificiis præfratribus offerendis & aliis. vide post alios *Arnold. Engelbrecht de success. in Elect. & Jur. primogen.*

(f) An sint liberi, an nepotes & ulteriores. Nam Jure repræsentationis ad avitam hereditatem simul perveniunt, in stirpes tamen, non in capita. ita scil. ut duo vel plures nepotes ex uno filio, in patris sui locum succedendo tantum habeant, quantum filius aut cæteri liberi superstites, videmq; in ulterioribus descendentibus observandum est, ut quot sunt stirpes tot fiant portiones, inter plura capita sive plures personas æqualiter dividendæ §. 6. *Instit. de hered. quæ ab intest.* Ipsum autem Jus repræsentationis in linea hac descendente, non saltem ad pronepotes, quorum exempli tantum causa sit mentio *in d. §. 6.* sed in infinitum porrigitur *adde §. ult. Instit. eod. tit. in fin. Novell. 118. c. 1.* cum & ratio Juris repræsentationis, quod pater & filius una sit persona, in omnibus omnino descendentibus, qui patrem semper referunt ac repræsentant locum habeat, omnesque descendentes cujuscunque gradus sint, generali appellatione liberorum veniant. *vid. Dn. Ungep. Exerc. 9. q. 7. in N de quo & infra.*

Th. 4. Primogenitus autem habetur, qui primùm natus est, (a) licet antè Regnum vel Regale feudum à Patre acquisitum, (b) Jusque succedendi ad descendentes suos transmittit, (c) Secundo genito excluso. (d)

(a) Ita enim ex Hieronymo Pontifex definit primo

C 2

Quis Primogenitus

mo genitum in c. Joseph. 5. X. d. V. S. in quo præterea recte notatur, primo genitum dici, qui primus natus est, etiam si nullus sequatur eum. Quod si gemelli eodem tempore nascantur is primo genitus est, qui prior egressus est quale Exemplum *Genes. 25.* in geminis illis vita & fide disparibus Esavo & Jacob. Si & de egressu non constet satis, sorte res decidatur. (sortes enim in talibus, si absit divinatio, prohibita non sunt *arg. l. 14. ff. de Judic. §. 23. Instit. de leg.*) Idque potius est, quam ut, vel robustiorem, vel formosiorum, vel utrumque admittamus, vel gratificationi Judicis, vel Electioni patris locum demus.

(b) *arg. l. 5. de Senat.* in qua æque filius Senatoris dicitur quem pater, ante dignitatem Senatoriam susceperat, ac ille qui à patre Senatore susceptus erat; quãquam, quoad certos quosdam effectus interdum filius ante dignitatem natus; supervenientis paternæ dignitatis commodis & privilegiis non fruatur, qualis casus specialis est in *l. ult. C. de Decur.* in quo filius ante dignitatem patris curiæ oblatus: subsecuta dignitate paterna, in præjudicium Fisci, à nexu Curia liberari nequit; *Lex II. C. de dignit.* quæ alias opponi huic sententiæ solet, eam potius confirmat, uti ostendit *Dua ren. lib. 2. disp. annivers. c. 29.* Et ratio *d. l.* quod paternos honores invidere filiis non oporteat, tantum ad casum in verbis initialibus propositum, de filiis ante susceptam dignitatem editis quadrat, cum de filiis patre Senatore natis dubitari non possit, quin sint Senatoris filii, idque nominis non ex æquitate saltem, ut in priore casu, sed ipso jure suo obtinent. nec pater Senator efficere potest, quo minus ex se legitimo prognati filii Senatorii dicantur. *Conf. Wurms. Exerc. 2. Jur.*

2. *Jur. P. O. 15.* Novimus quidem è privatis Legibus Bartolo vel Baldo, publica hæc. ad statum Regni vel Imperii pertinentia decidi non debere, quod graviter urget. Autor der *Donawerthischen* information. Interim si fundamenta ex jure privato petita ad decisionem dubii cujusdam in jure vel statu publico emergentis deducere nos possint; averfari illa temere non convenit. quin potius facta similibus collatione eadem utrobique tenenda decisio est, nisi vel aliud in Jure publico definitum expresse reperiatur: vel applicata decisione privata, absurdum aliquid aut periculosum in publicum statum inferatur. Quod certè non evenit, licet Exemplo filiorum patre nondum Senatore natorum; dicamus in Regnis etiam aliisque feudis & dignitatibus Regalibus, in quibus Juri primogenituræ locus est, filium editum ante Regnum, Electoratum, vel aliud feudum Regale, à patre acquisitum; alteri præferri, qui patre Rege vel Electore natus est. Contrarium in Jure publico nullibi decisum, nihil inde in publicum iniqui aut periculosi; Sana omnia & justa. Primogenitus itaque talis legitime natus ut privilegiis & prærogativa sua secure gaudeat, ratio & observantia flagitat. Filiatio enim, & sic illa quoque cui primogenitura adhæret est à patris substantia, non ab ejus qualitate; Qualitas non generat, sed generatum cognominat. præferatur primogenitus, quia, primus Patris sui, non quia primus, Patris Regis aut Electoris filius est. Firmat idem observantia, tum antiqua, inter Artaxerxen & Cyrum, tum Novissima inter Christianum II. & Johannem Georgium Serenissimum Electorem nostrum. Artaxerxes ante Regnum à Dario quæsitum natus

tus; Christianus II. vivente adhuc Avo, Augusto; Anno 1583. natus, Johanni Georgio qui Patre Christiano 1. Electore, Anno 1585. editus erat in successione prælatatus est. *vid. Hotom. Illust. quest. 2 & plures alios allegatos ab Harpr. pr. Instit. de hered. qua ab int. n. 150. & seqq. & VVurms. d. Exerc. 2. §. 15.*

(c) Hæc quæstio, An filius vel nepos primogeniti patrum excludat vehementer hinc inde agitata fuit, & suffragatores utrinque suos invenit, adeò ut Baldus, qui pro nepote decidit, *in l. cum in antiquioribus C. de jur. delib.* post varia hinc inde relata argumenta dicat, solvat Apollo. Nos pro filio sive Nepote stare non dubitamus. Eum, etiam in illo casu quo primogenitus Patre vivente, mortuus est, Patruo tamen præferri; Nā jus primogenituræ ab ipso nativitate momento ita quæsitū primogenito est. ut postea natos confestim excludat, nec personæ ipsius tantum, sed toti lineæ suæ in qua semel radicatum est fortissime & perpetuò adhæret, nec cum persona ejus extinguitur, sed ad descendentes ordine successivo, velut ex traduce transmittitur; facit, quod jus primogenituræ cedi potest. quicquid autem est cessibile, id ad heredes etiam est transmissibile & spes quoque transmittitur, si certa sit radicata & invariabilis *vid. Mynsing. cent. 3. obs. 23.* Idemque confirmat egregie A. B. tit. 7. quæ patrum tunc demum succedere sancit, si primogenitus absque legitima & Laica prole decesserit: quod fieri non intelligitur, nisi lineam primogeniti in totum extincta, siquidem & Jus primogeniti, nunquam vacasse censetur.

(d) Qui demum admittitur, deficiente omni lineam primogeniti. *vid. Hotom. q. ill. 2. 3. 4. Dan. Otton. de J. publ. c. 17. Wurmss. d. Exerc. 2. §. 16.* qui complures alios allegant.

563
legant. hancq; sententiam totius Orbis Christiani cō-
suetudine receptam esse, eamque quotidie practicari
dicunt. Et hoc Jus primogenituræ, filio vel ejus nepoti,
pater auferre vel testamento alium præferre nequit,
cum Jure divino, naturali & publico ei competat. Et
Jacobæam ordinare primogenituram secta temporū
nostrorum non patitur, ait quidam; nisi id fiat consen-
su primogeniti: Ita Fridericus Elector Brandeb. Fri-
dericū secundogenitum Johanni primogenito non ni-
si consensu ejus requisito præferre potuit *vid. Anton.
Coler. de jur. Imp. Rom. l. 51.* Quod si primogeniti linea
quoad masculos in totum extincta sit, secundogeni-
tus ejusque linea succedit, ita ut nepos alique ex se-
cundo genito descendentes, licet remotiores, præ-
ferantur, tertio genito; cum tot intelligantur esse
Protogeniæ, quot sunt lineæ & una alteri quodam-
modo substituta esse censeatur, nec enim natura, quæ
lineas fecit; saltum facit, sed ordine procedit. *Vid. Be-
sold. in Colleg. Polit. class. 1. disp. 6. l. 32.* ubi tamen re-
cte addit: Non est meum in præsentiarum deter-
minare, sed determinet Rex, qui potestatem habet
determinandi dubia occurrentia Juristis.

Th. 5. Post liberos parentes succedunt (a) æquali *De succes-*
ter (b) & indistinctè, (c) de Jure civili novissimo (d) *sione ascen-*
quidem una cum fratribus & sororibus germanis (e) *dentura.*
eorumque liberis (f) de Jure moderno, soli (g).

(a) Turbato mortalitatis ordine parentes dicun-
tur succedere liberis *l. 15. pr. ff. de inoff. test.* illorum-
que votum unicum est, liberos post fata sua supersti-
tare. & ut euntibus ordine fati, (Penelopes ad Ulyf-
sem de Telemacho suo dicebat.) Ille meos oculos cō-
primat, ille tuos. Unde in Jure nostro tristis appella-
tur suc-

tur successio, §. 2. *Inst. d. §. SC. Tertyll.* & luctuosa hereditas in *l. ult. C. de instit. & substit.* quæ ipsa miserationis ratio parentes ad successionem liberorum: sicut hos naturæ simul & parentum commune votum ad illorum successionem admittit *l. 7. §. ult. ff. si tab. testam. nulla extab.* Olim pater tantum succedebat exclusa matre *l. 2. §. objicitur 15. ff. ad SC. Tertyll. l. 2. C. eod. §. 3. Inst. eod.* Imo antiquissimo Jure, quo patri à liberis in potestate constitutis omnia acquirebantur, bona illa retinebat, ut propria, nullo jure successionis attento. bona quoque castrensia & quasi castrensia filiorum propria, Jure peculii capiebat, non successionis *l. 2. ff. de castr. pecul.* Solis liberis contracta fiducia olim, postmodum sine ea simpliciter emancipatis succedebat §. *ult. Inst. de legit. agnat. success. l. ult. C. de emancip. liber.* & quidem solus, mater enim Jure civili non succedebat; Sed Prætor eam ad bonorum possessionem ex cap. unde cognati vocabat, *pr. Inst. de SC. Tertyll.* Postea Scto Tertylliano cautum fuit, ut mater ingenua trium liberorum Jus habens, & libertina quatuor, iis intestato defunctis succederet & quidem post certas personas §. *3. Inst. d. t.* quam conditionem de numero liberorum requisito, cum matri nihil imputari queat, rectè sustulit Justinianus §. *4. Inst. de Scto Tertyll.* & constituit, sufficere, si vel filium vel filiam ediderit, de cujus de successione quæritur. Plenissime autem prospexit eidem matri in *Novell. 118. c. 2.* ut una cum patre succedat æquis partibus, in allodialibus tamen, non in feudalibus. Nam in feudis nec ejus nec Patris & ascendentium successio ulla est, *c. 112. 2. F. 20.* nisi vel pacto investituræ cautum vel more Regionis receptum sit, ut filio sine liberis masculis mortuo

569
tuo, feudum in favorem filii refutaverit. isque sine
mascula prole decesserit, tunc enim ad patrem redi-
bit feudum. *Mynsing. cent. 3. obs. 93.*

(b) In stirpes, modo in pari gradu sint, licet diver-
sæ lineæ. *VVes. in π de gradib. n. 12.* iis non extantibus
ulteriores ascendentes succedunt secundum gradus
prærogativam; sive paterni sint sive materni, sive pa-
res numero sint, sive dispares, semper tamen succe-
dunt in stirpes ita ut medietatem alteram omnes à
matre ascendentes, quoscunque eos utrobique
inveniri contigerit. *d. nov. 118. c. 2. Auth. defun. C. ad SC.*
Tertyll. Jus autem repræsentationis in linea ascenden-
te locum non habet, cum contra naturam sit ut avus
repræsentet patrem, suum filium, tanquam ab illo ge-
nitus, ait *VVesemb. d. loco n. 15.*

(c) Non attento, an à patre vel matre bona acqui-
siverint. Sive, an ex paterna an ex materna linea, bo-
na provenerint, ita scil. ut paternis ascendentibus pa-
terna cedant, maternis materna, sed generaliter & si-
ne distinctione, unam substantiam sive hereditatem,
ejusdemque duas medietates fieri voluit Justinianus,
ut inter parentes ejusdem gradus ex æquo dividatur
hereditas *d. Nov. 118. c. 2. vers. si autem Bald. in Auth.*
defuncto C. ad SC. Tertyll. Coler. decis. 47. n. ubi Jctos
Lipsenses Mynsing. cent. 6. obs. 54. ubi Camerales ita
pronuncialle refert, rejecta Bartoli in *Auth. ita-*
que C. commun. de success. sequacium opinione, qui
distinctionem bonorum observari & E. gr. relicto a-
vo paterno, & avia materna avum solum in bona pa-
terna aviam solam in materna succedere voluerunt.
vid. Valent. Forster. de success. ab intest. lib. 3. de succes-
sione as. e. ident. concl. 4. Fachin. lib. 6. contro. c. 4. &
D plu-

plures hinc inde allegat ab Henon. *disp. Instit. 12. §. 7.*

(d) Nam de Jure vet. à Germanis excludebantur & tunc demum ad parentes bona liberorum pertinebant, si intestati decesserint nullis liberis vel fratribus superstitionibus *pr. Inst. quib. non est permifs. fac. test. l. ult. C. commun. de success.* de Jure Nov. vero Germani nec patrem, nec avum excludunt. Avum à fratre utrinque conjuncto excludi, quondam opinatus est. *Jacobus Belois. in d. Nov. 118. c. 2. vers. si vero.* Sed repudiata hac sententiâ, contrarium communiter placuit. avum una cum fratre ad successionem admitti. idque satis aperte confirmatur *in d. vers. si vero.* In quo Imperator fratres & sorores ex utrisque parentibus defuncto conjunctos cum proximis gradu ascendentibus ad successionem vocat: Jam patre non extante: Solus avus, quem gradu nemo antecedit proximus est *l. 92. ff. de V. S. vid. Fachin. lib. 6. controv. c. 7. Henon. d. disp. 12. tb. 8.*

(e) Id est utrinque conjunctis defuncto; successio autem fit in capita, id est pro numero personarum, ut & ascendentium & fratrum singuli æqualē habeant portionem *d. Nov. c. 2. vers. si vero.* Et quamquam olim, cum fratres utrinque conjuncti parentes antecederent ususfructus acquisitæ hereditatis penes eos remanserit. id ipsum tamen abrogatum est *in d. c. 2. ne* pater ullum usum ex liberorum portione vindicare sibi audeat. Siquidem pro hac usus portione, partem hereditatis liberorum propriam sibi habent parentes *per d. Nov.* Cæterum dum Iustinianus *in d. c. 2. pr.* parentes omnibus ex latere cognatis præponit, exceptis solis fratribus ex utroque parente conjunctis defuncto, qui omnes uti dictum est in virilem simul succedunt

546.5
dunt; planum inde fit, fratribus & sororibus ex uno latere tantum conjunctis, id est consanguineis eodem patre, vel uterinis eadem matre natis in successione parentes præferri *Schneid. ad tit. 1. lib. 3. Inst. in secundo ordine succed. n. 30. Fachin. d. lib. 6. c. 8.*

(f) In dicta quidem *Novell. 118. c. 2.* mentio fit tantum fratrum utrinque conjunctorum, qui una cum ascendentibus, ad successionem fratris vel sororis vocantur in capita: Ideo horū liberi excludebantur olim à successione: Verum mutavit id Justinianus *in Nov. 127. c. 1.* & constituit, ut cum ascendentibus & fratribus, etiam præmortui fratris filii succedant, in portionem illam, quam pater eorum accepturus erat. Quod si fratrum vel sororum liberi soli extent. ex fratribus & sororibus nemine superstite; an cum ascendentibus concurrant quæritur. Et rectissimè negatur, cum nullibi in jure traditum reperiatur: fratrum liberos solos extantes, una cum ascendentibus succedere patruo, dicta autem *Novella 127. c. 3.* expresse præsupponat casum, quo non fratrum liberi soli extabant, sed una cum fratribus & ascendentibus concurrebant, ut mirum sit, quomodo per eam dissentire potuerint *Schneidvv. in d. 2. Ord. Succed. n. 29. & Forster. de success. ab intest. lib. 7. c. 7. n. 3.* Fratrum itaque vel sororum liberi soli ab ascendentibus excluduntur. *Hœn. d. disp. 12. th. 9. Dn. Frantz. Exerc. 8. q. 8. D. Jeremias Reusnerus Ordinarius quondam meritissimus in Ventilazione success. Legit. disp. 2. th. 42. & seqq.*

(g) Exclusis omnibus collateralibus, ad quos licet gradu proximos hereditas nunquam devolvitur, quā diu aliquis ex ascendentibus superest, idque consuetudine inductum esse, ait *Coler. decis. 47. num. 3. adde*

Pand. lib. 1. art. 17. De successione parentum coetere-
rorum, præter naturales & legitimos simul idem fere
iudicium, quod de liberis *supra tb. 2.* Et pater liberis
naturalibus uxore iusta aut sobole legitimâ non ex-
stantibus, in sextantem sive duas uncias *Novell. 89.*
cap. 13. unâ cum cap. precedent. 12. Auth. licet C. de na-
tural. lib. mater verò etiam illustris, de qua con-
trarium nihil cautum est, in solidum succedit §. 1.
Instit. de SC. Tertyll. & hoc scil. si soli sint. Nam si
concurrant fratres & sorores defuncto utrinque con-
iuncti conjunctæve, pater duas uncias habebit, reli-
quus dextans matri cedit, si sola sit, aut cum fratribus
eo sororibus pro numero personarum æqualiter di-
viditur. *Schneidw. de success. parent. natural. n. 43.* li-
beris spuris mater tantum succedit, non Pater, qui in-
certus est. §. 4. *Inst. de success. cognat.* Incestuosis & dam-
nabilibus neuter parentum succedit, sicut nec his illi.
Novell. 89. c. ultim. Auth. ex complexu C. de incest. nups.
Quoad alimenta talibus Parentibus subministranda,
idem dixerim, quod de liberorum hujusnotæ imen-
tis, supra dictum est; Liberis per oblationem curiæ
Legitimatis, solus pater, non ulteriores descendentes
succedunt, cognatione legitimâ per talem legitima-
tionem quæsitâ, tantum inter patrem & filium *Nov.*
89. c. 4. Liberis per subsequens matrimonium vel per
rescriptum Principis legitimatis Parentes eodem
modo quo illi his, in allodialibus succedunt. Libe-
ris adoptivis quos in potestate sua habuit Pater, suc-
cedit. *l. pen. C. de adopt. §. 2. Inst. eod.* cæteris non item
multoque minus mater, cum ex indulgentia Princi-
pis in solatium liberorum adoptavit huic adoptivo,
quem in potestate non habet poterit succedere §. 10.
Inst.

266

Inst. de adopt. Liberis arrogatis pater arrogator succedit, si post pubertatem decesserint, eoque tempore in potestate illius fuerint §. 2. *Inst. de adopt.* §. 2. *Inst. de acquis. per arrog.* Nam arrogato intra pubertatem mortuo, pater arrogator, vi præstitæ cautionis bona restituere tenetur, heredibus arrogati ab intestato successuris d. §. 2. *Inst. de adopt.* soluta vero potestate, pater arrogator in bonis illius nihil juris habet. In casu quoque successionis ad patrem arrogatorem devolutæ, ratio habenda est fratrum & sororum arrogati superstitem, ita ut si utrinque conjuncti sint, æqualiter cum arrogatore in capita succedant secundum dispositionem *Nov. 118. c. 2.* cum de jure veteri eum perinde ut parentes naturales excluderent. Et has personas intendit Imperator *ind. §. 2. in fin. Inst. de acquis. per arrog.* Id denique circa successionem ascendentium addendum est, matrem si liberis tutorem non petierit vel in locum tutoris mortui, excusati, aut remoti, alium intra annum petere neglexerit ab eorum impuberum morientium successionem repelli §. *pen. Inst. de SC. Tertyll. l. 2. §. 2. ff. qui pet. tut.* nisi minoris ætatis lubrico lapsa, non petierit tutores *l. 2. C. si advers. delict.* A puberis quoque morientis successionem, cum tunc in eum nihil peccaverit mater, & ipse curatorem sibi petere potuerit, non removetur, ne pœna extendatur ultra tempus, quo filio injuria facta vel ei noceri potuit.

Th. 6. Inter Collaterales, primùm fratres & sorores (a) defuncto utrinque conjuncti æqualiter (b) succedunt, unâ cum Germanorum liberis, (c) post hos demum, fratres & sorores ex uno, eorumque liberi, (d) tandem cœteri Agnati & cognati (f).

De Successione Collateralium.

D 3

(a) Sunt

(a) Sunt enim proximi in lineâ collateralî, scil. in gradu secundo comput. civ. cum primus non detur, §. 2. *Inst. de gradib. cognat.* Cujus hæc ratio est, quod in computatione graduum de Jure civili ab una persona de cujus cognatione quæritur, sit primo ascendendum ad communem stipitem, à quo utraque persona de quarum propinquitate quæstio est, provenit, ab eodem stipite deinde descendendum ad alteram personam. cum itaque Jure civili: Quot sunt generationes, tot etiam gradus sint, semperque generata persona gradum adjiciat §. 7. *Inst. d. t.* fit inde, ut frater & soror sint in gradu secundo, qui proximus est in linea collateralî. E. gr. sic instituta computatione inter fratrem & sororem, dico, pater me genuit, est una generatio; idem pater, (est enim is communis stipes) genuit etiam fratrem meum, vel sororem meam. sunt duæ generationes, quæ faciunt, ut fratres & sorores distent inter se gradu secundo *Vid. Vult. pr. Inst. d. t. n. 4.* Aliter Pontificii computationem graduum instituunt propter nuptias, unde fratres & sorores constituunt in primo gradu *c. ad sedem. 35. q. 1. vers. fratres.* ex regula ab ipsis inventa & in linea collateralî æquali applicanda. Quo gradu utraque persona, de quarum cognatione quæritur distat à communi stipite; eo gradu etiam inter se distant; Jam & frater & soror à Patre tanquam communi stipite distant uno gradu, E. & ipsi invicem erunt in gradu primo. Et hæc ipsa regula locum fecit alteri Regulæ quâ dicitur: Duo gradus legales constituunt unum gradum Canonicum, *d. c. ad sedem. vers. fratres* idque procedit in linea nimirum collateralî æquali tantum. Quid autem sentiendum sit de sana ratione tum Regulæ illius in li-
nea

567
nea collaterati æquali, quæ duas personas pro unâ computat, tum alterius Regulæ in linea collaterali inæquali, quæ distantiam personarum illius lineæ à persona remotiore desumit, ut quo gradu remotior persona abest à communi stipite, eo gradu etiam inter se distent, remotior illa persona & altera persona, quæ tamen proximior est, communi stipiti; id fufius hic exequi non licet. videantur Arboristæ. sive qui de Arbore consanguinitatis scripserunt. Et post alios Georg. Schultz. in Arbore consang. c. 4. Quamquam autem non uno modo laboret computatio Canonica, communi tamen consuetudine recepta est & observatur in terris Imperii, non tantum Pontificiæ, sed etiam Potestantium Religionis; Sicut contra civilis computatio in successione ab intestato & tutelis utrobique observatur in terris Imperii utriusq; Religionis: vid. Schultz. d. c. 4. n. 8. ibique plures alii allegati.

(b) Si scil. defunctus neque descendentes neque ascendentes reliquerit: Nam illi prorsus excludebant fratres & sorores: hi cum iis defuncto utrinque conjunctis in partem veniunt, uti dictum est th. præced. ex Nov. 118. c. 2. succedunt autem in capita, id est, pro numero personarum, æqualiter & sine distinctione sexus. d. Nov. 118. c. 2. in allodialibus: Nam in successione feudali fratrum solummodo ratio habetur; ii- que succedunt in feudo nimirum antiquo c. 111. 2. F. 11. c. 2. F. 45. & passim, non item in novo c. 111. 1. F. 1. §. 2. c. 111. 1. F. 14. §. ult. nisi in literis Investituræ nominatim dictū fuerit, ut fratre absque heredibus feudalibus mortuo frater succedat dd. c. c. alios casus, in quibus successioni fratrum locus est in feudo novo vid. in c. 111. 1. F. 20. Jure Saxonico in allodialibus quoque & quidem pecunia composititia *Manngeldt* / rebus ex-
pedito-

peditoriis & gerada differentia ratione sexus observa-
tur, & priores illæ fratribus cedunt, hæc sororibus, ita
ut nec clericus, quem aliàs geradæ maternæ capacem
esse supra diximus, in gerada sororum ut & cætera-
rum cognatarum partē capiat. *Goldbeck. tract. de gerad.
tit. de successione cognat. transvers. n. 26. Berlich decis. 48.*

(c) Hi enim cum propriis thiis concurrentes, i. e. pa-
truis suis & similibus, Jure repræsentationis, succedunt
in stirpes, *d. Nov. 118. c. 3.* contra dispositionē Juris vete-
ris quo fratrum filii à patruis tanquam proximioribus
excldebantur arg. §. 1. *Inst. de legit. agnat. success.* Et
quanquam in locis quibusdam Imperii contraria cō-
suetudine olim ad rationem Juris veteris inductum
fuerit ne fratrum sororumque liberi una cum fratri-
bus, defuncto in stirpes succederent. Hac tamen con-
suetudine abolita. Carolus V. Imperator, Edicto pe-
culiari de Anno 1521. Jus civile Justinianicum in *d. Nov.
118. c. 3. vers. si autem defuncto.* confirmavit. In Saxo-
nia vero consuetudo illa de excludendis fratrum & so-
rorum liberis remansit, nec ullo gradu & modo Jus
Repræsentationis in linea Collaterali attenditur, eam-
que consuetudinem approbavit *D. Augustus p. 3. constit.
18. in fin.* in allodialibus nimirum. Nam in feudalibus
Jus Repræsentationis retinendum censuit; idem Glo-
riosissimus Elector *p. 3. c. 29.* ut fratrum liberi una cum
fratre defuncti in stirpes succedant, licet literis Inve-
stituræ cautum sit, ut fiat successio secundum præro-
gativam gradus nach rechter Sipzahl. Siquidem
Jus repræsentationis ubi locum habet, remotiorem
in eundem gradum cum proximioe collocat. Et hæc
ita obtinent, si fratrum vel sororum liberi cum pro-
priis thiis: id est patruis avunculis concurrant. Quod

si so-

si soli sint, in capita succedunt non in stirpes; idque
diserte probat. l. 2. §. 2. ff. de suis & legit. duos fratres,
ait J Ctus, habui vel duos patruos unus, exiis unum
filium, alter duos reliquit, hereditas mea in tres par-
tes dividetur, adde l. ult. §. 3. C. de legit. hered. Nec mu-
tatum hoc est in Nov. 118. c. 3. quæ tunc demum suc-
cessionem in stirpes admittit, si fratrum liberi cum
propriis thiiis concurrant, Ergo, si soli sint, in capita
succedent, cumque deficientibus propriis thiiis, nemo
proximior extet. ipsi inter se æquali gradu & proprio
jure venientes, æqualiter in capita pro numero per-
sonarum hereditatem dividunt. Wesen. in Parat. ff.
de gradib. n. 16. Donell. lib. 9. comm. c. 4. ibique Hillig. lit.
H. Arum. Exerc. 11. th. 12. Dn. Frantz. Exerc. 8. q. 9.
Plures sententiæ hujus Azoniana contra Accursium,
assertores, recenset Henon. disp. Inst. 12. th. 11. Eaque
ipsa sententia Publica Imperii lege de Anno 1525. Rubr.
Keyserliche Constitution vnd Satzung wie Bru-
der vnd Schwester Kinder ihres Vaters Bruder
oder Schwester verlassene Erbschafft vnter sich
theilen sollen confirmata fuit. Nec diversum in fo-
ro Saxonico observatur teste Wesenb. d. loc. n. 16.
Schneidw. de success. collat. n. 29. Coler. decis. 51. Cate-
rum hi fratrum & sororum utrinque scil. conjuncto-
rum liberi etiam soli, patrum, amitam, avunculum
& materteram excludunt, d. Nov. 118. c. 3. Auth. post
fratres autem C. de legit. hered. Cui concordat Jus Sa-
xonicum ex speciali Constitutione D. Augusti p. 3. const.
18. §. Stürbe dann / licet contrarium, (eos, ut in pari
gradu, tertio scil. constitutos, æqualiter ad successio-
nem admittendos esse) In Curiis Saxonis olim pro-
nunciatum referant Schneidw. de success. coll. n. 19. in fin.

E

8

U. coler. decis. 48. n. 9. & seqq. Nepotes vero Germanorum à patruo & similibus excluduntur *d. Constit. 18. §. des Vaters vollenbürdiger Bruder.*

(4) Nam Germanorum parentum liberi, fratres & sorores ex uno latere tantum conjunctos excludunt *d. Novell. 118. c. 3. vers. unde consequens. Auth. post fratres autem C. de legit. hered.* Illis autem non extantibus, succedunt unilateres, eorumque liberi eodem, qui in Germanis & eorum liberis observatur, ordine, ita nimirum, ut si cum patruis concurrant, in stirpes, sique soli sint, in capita succedant, & excludunt fratres & sorores, ut & eorum liberi etiam soli, patruum similisque gradus & ordinis personas, licet ex utroque latere, defuncto conjuncta fuerint. *d. Nov. 118. c. 3. vers. illud palam. d. Auth. post fratres autem C. de legit. hered.* Id tamen in successione fratrum & sororum unilaterum notandum est, quod in bonis paternis fratres consanguinei, in maternis uterini. *l. 13. §. 2. C. de legit. hered. Nov. 84. c. 1.* In cæteris æqualiter succedant, unde versiculus. Maternis cedant materna, paternis paternis: Eò enim tendit votum & voluntas parentum, ut bona sua potius habeant qui ab ipsis descendunt; Et quanquam dicti text. de fratribus & sororibus tantum loquantur, communiter tamen & ad liberos eorum extendunt *Dd. vid. Schneidw. de Success. collateral. n. 22.* Ultra fratrum liberos vero sublata inter eos agnationis & cognationis differentiã separatio illa bonorum locum non habet *vid. Forster. de success. ab intest. lib. 8. c. 8. & seq. Donell. d. lib. 9. c. 4. ibique Hillig. lit. F.* Jure Saxonico circa horum collateralium unilaterum successionem quædam sunt mutata. Nam & fratrum utrinque conjunctorum liberi non excludunt

509

dunt fratres & sorores unilateres, sed cum ambo in eodem gradu sint, tertio nimirum, (siquidem eo jure attinentia ex uno latere transit in gradum remotiorem die halbe Geburt trit in einen gradt weiter Landr. lib. 1. art. 3.) ideo aequaliter succedunt vid. Const. El. Aug. 18. p. 3. §. wann aber ein halber Bruder Coler. decis. 49. n. 22. Et quanquam illo quoque, perinde ac civili jure fratres & sorores unius lateris patrum & similes utrinque conjunctos excludant d. Const. 18. in fin. pr. abolita contraria sententia, quæ eos æqualiter ad successionem admittebat vid. Schneidm. de success. coll. n. 27. attamen fratrum & sororum unilaterum liberi jure Sax. patrum & similes non excludunt, sed illi ab his excluduntur d. Const. 18. §. desß Waters volbürtiger Bruder. Denique nec distinctio bonorum in successione collateralium jure civili attendi solita, jure Sax. observatur, sed æqualiter succedunt consanguinei & uterini in alledialibus ex quacunque lineâ paternâ vel maternâ bona provenerint Const. El. Aug. 14. p. 3. rationem abrogationis vide ap. Virgil. Pingiz. quest. Sax. 14. n. 24. Nec duplicitas illa vinculi in feudalibus, pecunia compositicia & rebus expeditoriis, & gerada prærogativam habet: sed in illis, (si tamen in feudis successio collateralium locum habeat:) frater consanguineus unâ cum Germano, in hac soror uterina una cum Germana succedit, cum in illis sola agnatio quæ & penes consanguineum est; In hac sola cognatio, quæ & uterinam attingit, non item, duplicitas vinculi attendatur. vid. Dan. Moller. lib. 2. Semestr. c. 5. In illis tamen frater consanguineus uterinum; In hac soror uterina consanguineam excludit.

(e) Secundum gradus prærogativam ita ut proximi-

E 2

mior

mior semper excludat remotiorem, tum in allodialibus, tum in feudalibus *C. 111. 2. F. 12. & passim.* Quae in re in diversum abire Jus Saxonicum, eoque simultanee investiti: quae investitura sola locum facit successioni collateralium, non habita graduum ratione simul succedunt remotiores cum proximioribus, nisi adjecta sit clausula *nach rechter Sipzahl* / quae ordinem graduum involvere censetur. *vid. Hart. Pist. l. 2. q. 21.*

Nec differentia agnationis & cognationis observatur, quae sublata est *Nov. 118. c. 4.* nec duplicitas vinculi ultra fratres & sorores eorumque liberos attenditur, sed E. gr. amita ex uno tantum, cum avunculo ex utroque latere aequaliter succedit. *des Vaters halbe Schwester vnd der Mutter volbürtiger Bruder*; de Jure Saxonico tamen avunculus iste amitam excludit. & ultra fratres quoque eorumque liberos semper regula illa Saxonica obtinet *die halbe Geburt schreitet fort ineinander ferner Gliedt* / & ita in Saxonice Collegiis pronunciari, refert, variis allatis praedictis *Joh. Coppen lib. 1. obs. 170. n. 13. & seqq. Georg. Schultz / in Synops Inst. de success. transversal. lit. m.*

Et ita succedunt inter se collaterales naturales & legitimi simul: Legitimatorum per subsequens matrimonium & per rescriptum principis ratio, in allodialium successione eadem est; per oblationem curiae legitimati, cum patri tantum fiant legitimi in linea ejusdem aut cognatione nullum jus habent succedendi; *Nov. 89. c. 4.* Adoptati ab ascendenti aliquo sibi invicem succedunt: ab extraneo non item *l. pen. §. 1. C. de adopt.* Naturalium & Spuriorum successio tantum in linea materna est. Incestuosorum & dam-
nabi-

nabilium collateralium nulla est *Dd. comm. ad Nov. 89.*
c. ult. & Auth. ex complexu C. de incest. nupt.

Th. 7. Et succedunt Collaterales in infinitum, (a) *Quousque*
non tamen in bonis damnatorum. (b) *succedant?*

(a) Cognati olim usque ad sexum gradum tantum succedebant, & è septimo admistebantur sobrinis sobrinave nati natave. Et hos solos proximitatis nomine ad bonorum possessionem vocabat Prator §. ult. *Inst. de success. cognat.* Proximitas enim proprie cognationi opponitur in l. 4. ff. unde cogn. & l. 5. C. de leg. hered. Agnati olim quoque in infinitum succedebant §. 2. *Inst. de legit. Agn. success. l. 2. §. 1. ff. de suis & legit.* Et in genere, agnationis, quam proximitatis jure venientes haberi potiores, rescriptum est in d. l. 5. C. de legit. hered. cujus rationem reddit *Wesenb. add. §. ult. Inst. de succes. cognat.* Quod autem in eod. §. ult. dicitur agnatos succedere, etsi decimo gradu sint, ampliationis saltem gratia adjectum est, ob comparationem ibi institutam, inter agnationem & cognationem, cujus utriusque differentiam cum ostendere vellet Imperator, sufficiens visum fuit, gradum remotiorem indicare in agnatione, eo jure admitti aliquem etsi decimo gradu sit; cum contra cognati tantum usque ad sextum & interdum septimum gradum admitterentur. Decimum verò gradum gradum precise terminum ponere successionis agnatorum, nec menti Imperatoris, nec legibus aliis convenit; Hodiè differentia sublata, utrique tam cognati quam agnati in infinitum succedunt *Novell. 118. r. 3. §. 1. & c. 4.* Idemq; Jure feudali inductum est, ut in infinitum succedant. *c. un. 2. F. 3. c. un. 2. F. 50.* non attenda distinctione quorundam, quam quidem in Camera observa-

tam dicit *Mynsing. Cent. 3. obs. 95. & Gail. 2. obs. 150.* an
feudum mediatè per descendentes ad collaterales an
immediate ad transversales pervenerit, quasi illo casu
in infinitum. hoc vero usque ad septimum successio
fiat. Nam quod in *c. un. 1. F. 18. §. 1.* de septimo gradu
dicitur, id usu deinde immutatum, & in infinitum
productum est *vid. Hartm. Pist. lib. 2. q. 19. n. 30. & seq.*
Jure Saxonico quoque collaterales in infinitum suc-
cedunt *Landr. lib. 1. art. 19.* Et textus in *Landr. lib.*
1. art. 3. Die Sipp endet sich in den siebenden
Gliedt Erbe zu nehmen / moribus antiquatus est.
Imo secundum Saxoniam computationem, qua fra-
trum liberi sunt in primo gradu *vid. d. art. 3.* septimus
gradus Saxonicus, effectu idem erit cum decimo gra-
du civili *vid. Coler. decis. 53. Riem. Decad. 8. quest. 3.*

(b) Quamquam enim Irnerius in *Aurb. Bona dam-*
natorum C. de bon. prescript. ascendentes & descen-
dentibus, & ex latere usque ad tertium gradum appli-
cari velit bona damnatorum, à quo seduci se passus
est Vult lib. 1. §. R. c. 14. infm. parum fideliter tamen sic-
ut quasdam alias ita & hanc Novellam 134. retulit. in
ejus *c. ult. faltem de descendentes & ascendentibus*
usque ad tertium gradum disponitur, nulla verò
ibidem collateralium fit mentio: quorum præterea
à descendentes & ascendentibus diversa prorsus ra-
tio est, quos partim naturalis ratio & commune. Pa-
rentium votum partim miseratio ad bona hinc inde ca-
pienda vocat, quale in collateralium successione non
militat. Novellam 17. c. 12. in quo bona delinquen-
tium, generi & legi & secundum illam ordini & iis
quos lex ad successionem vocat, applicantur vel de iis
accipies, qui pena quidem, sed non ultimi supplicii
afficiendi sunt, (nihil enim de poenis capitalibus vel
san-

571
sanguinis ibi expressum est,) vel correctam dices *per d. Nov. 134.* tanquam posteriorem *vid. Riem. dec. 8. q. 6.*

Ceterum in crimine Majestatis condemnatis veteres leges servari jubet *Imp. in d. Nov. 134. c. ult. in f.* id est, ut nec descendantium nec ascendentium ratio habeatur. Sed omnia Fisco applicentur. *l. quisquis 5. C. ad L. Jul. Majest.* Cumque in dicto §. ult. solum laesa Majestatis ac perduellionis crimen excipiatur. Ideo verius est in aliis criminibus, puta haereseos, incestuarum nuptiarum, parricidio &c. confiscationem hodie locum non habere: neque congrua satis est interpretatio Ordinationis *crim. Caroli V. art. 218,* quam habet Meigius *p. 2. q. 33. n. 52.* quasi Imperator ibi, & alios casus approbet, in quibus confiscationi locus sit. Uti aliter & rectius exponit *Georg. Rem. in Nemes. Karul. ad d. art. 218. vid. Moll. ad Const. Elect. p. 3. c. 6. n. 4. Dn. Carpz. Pr. Crim. 3. quest. 135. n. 27. & seqq.*

Th. 8. Ceterum Jus Representationis (a) in linea descendantium in infinitum (b) in ascendentium nullo modo (c) in collateralium saltem uno gradu (d) locum habet. De Jure Representationis

(a) Cujus haec tenus mentio facta (b) Nam quod in §. 6. *Inst. de hered. qua ab intest.* dicitur, nepotem nepotemve ex filio & ex nepote pronepotem proneptemve simul vocari, id exempli saltem loco adducitur, non quod Jus representationis restringatur ad pronepotes tantum. quia potius alibi, ultra eos ad alias deinceps personas, adeoque in infinitum extenditur in linea descendantium, §. ult. *Inst. d. l. Nov. 118. c. 1. in med. vid. Arum. Exerc. 11. d. 5. Hunn. 3. W. R. tr. 1. q. 6.*

(c) Cum contra naturam sit, ut avus patrem reprae-

sen-

sentet. *Wes. w. de gradib. n. 25.*

(d) Inter fratres & fratrum liberos de Jure Justin :
*Nov. 118. Imperiali X. 21. de Anno 1521. §. nach dem
auch / feudali c. un. 2. F. 11. & Saxonico, in feudis tan-
tüm Const. El. 29. p. 3. non allodiis. Const. 18. p. 3. in fin.
quæ omnia cum superius exposita prolixius fuerint,
hic vel attigisse sufficiat.*

*De Succes- Th. 9. In quarto Ordine (a) succedunt sibi vir & u-
sione Con- | xor (b) Jure tüm civili, (c) tüm Saxonico. (d).
jugium.*

(a) Post liberos, parentes, & cognatos,

(b) Quæ successio, non quidem jure sanguinis aut
proximitatis sed jure aut moribus civilibus inducta
est. Cum autem fieri possit ut & conjuges Jure cognationis,
ultra gradum nimirum propinquitati matrimo-
nii non adversarium se invicem attingant, eo ca-
su non immerito cognatorum Jure, in tertio ordine
ad successionem venient.

(c) Juris appellatione generali, etiam Jus prætorium
venit, ex quo conjuges non extantibus liberis, paren-
tibus & collateralibus sibi invicem succedunt in soli-
dum proposita ipsis bonorum possessione, Unde vir
& uxor *l. un. ff. § Cod. unde vir & uxor.* dum tamen
& justum matrimonium usque ad tempus mortis fue-
ris, & superstes intra 100. dies utiles, ex quo delatam
sibi successionem cognovit, bonorum possessionem
petierit *§. 4. & 6. Inst. de bonor. possess.* quod tempus
petendæ bonorum possessionis etiam postmodum
observandum est, neque enim, dum Impp. Theodo-
sius & Valent: Jus prætorium confirmarunt *in l. un. C.
unde vir & uxor.* ex eo Civile aut Imperatorium
vel ex successione Prætorie civilem effecerunt, sed
mansit illa Prætorie, eamque longissimo post tempo-
re Ju-

572

re Justinianus Imperator in classe Prætoria recensuit
in §. 2. vers. *aliam vero Inst. de bonor. possess.* Jure civili in
specie accepto quatenus Prætorio opponitur; & qui-
dem antiquissimo, ex L. Romuli, illa tantum uxor,
quæ convenisset in manum mariti de quo *vid. Ulpian.*
in fragm. tit. 9. tanquam sua heres, marito succedebat,
vel in portionem *Kindestheil*/ una cum liberis, vel
iis non extantibus, in solidum, maritus autem uxoris
ejus bona, etiam extantibus liberis jure peculii ca-
piebat, ubi vero usu saltem habebatur uxor *vid. post*
alios Vult ad §. 1. Inst. de Patr. pos. n. 4. Jus succedendi
ab intestato inter eos non erat. *Forster de success. l. 9. c.*
2. n. 28. & seqq.

Jure civili novo necdum simpliciter & semper ad
successionem admittitur conjunx, sed tunc demum,
quando matrimonium est sine dote, & conjunx præ-
moriens locuples fuit, superstes autem inopia labo-
rat, quo casu una cum liberis tribus vel paucioribus,
sive communibus, sive alterius matrimonii in quar-
tam, cum pluribus in virilem, succedit, quam capit,
Jure usufructus tantum, Si ejusdem matrimonii li-
beri adsint, quibus proprietatis servanda est, Jure vero
proprietatis, etiam si alterius tantum matrimonii libe-
ri extent. *Auth. Præterea C. unde vir & uxor.* Liberis
nullis extantibus, si ascendentes vel collaterales ad-
sint: uxor itidem secundum prædictam distinctio-
nem, pro numero personarum portionem accipit, ni-
mirum cum tribus vel paucioribus quartam, cum
pluribus virilem, & quidem utrobique Jure Domi-
nii vel proprietatis; ita tamen ut in illam portio-
nem id etiam Imputetur, quod maritus eidem loco
legati pleno jure reliquit, *d. Auth. præterea Nov. 117.*

¶ 5. vid. Forst. d. lib. 9. c. 4. Eademq; dispositio in marito quoque, qui cum uxore ad paria judicatur, regulariter locum habet. Arg. d. Novell. 117. c. 5. in fin. Schneidw. de success. int. vir & ux. n. 17. Hodiernis moribus ferme pacta dotalia fiunt super successione conjugum, qualia consuetudine Germaniæ notissima, invaluisse testatur Mynsing. cent. 2. obs. 93. in fin. quæ, si extent ante omnia sunt attendenda, ut successio secundum conventa fiat. Pactis deficientibus statuta cujusque loci specialia inspicienda sunt, iisque non extantibus ad jus commune recurrendum erit.

(d) Quo maritus non attento an dives an inops sit, Nobilis vel ignobilis uxori in omnibus bonis mobilibus, quibus etiam naves & molendina nautica & à ventis agitata Schiff vnd Windmühlen accensemus. vid. Berlich. p. 3. concl. 30. n. 12. & seqq. sive dotalia sint sive paraphernalia, succedit, etiam in Xeniiis, sive muneribus, ipsi & uxori tempore nuptiarum oblati Const. Elect. Aug. 22. p. 3. §. wo es sich zuerüege / exceptis utensilibus, etiam iis, quæ ex donis nuptialibus ad geradam pertinent. d. Const. 22. p. 3. §. Wer en aber. Liberis tamen & parentibus legitimam, si eam ex immobilibus integram habere non possint, ex mobilibus solvet maritus. Immobilium autem uxoris, (quo nomine etiam habemus pecuniam hereditariam cujus dies vivente uxore nondum venit Const. Elect. 21. p. 3. Sortem annuorum reddituum & censuum jährlich einkommen vnd wiederkehrende zinsen / & partes metallicas Bergtheil / Kuckus / de quibus vid. Const. Elect. 24. & seqq. p. 3. in capax est, & saltem in casu inopiæ, mobilibus, vel non extantibus vel non sufficientibus ex immobilibus illis congruam
quan-

173
quantitatem, secundum definitionem *d. Auth. Præ-
terea c. unde vir & ux. capiet.* quam eo casu, etiam in
Saxonia observari testatur *Frid. Pensold. in addit. ad Co-
ler. decis. 286. n. 299.* Jure Saxonico & quidem in Ele-
ctoratu, uxor mariti ignobilis aut collatis bonis suis
quartam cum liberis concurrens, vel tertiam sine li-
beris, non auferendam ei per testamentum *Const. E-
lect. 7. p. 3* aut illatorum repetitionem habet, unâ cum
dimidiâ parte xeniorum, tum extantium tum æsti-
matione consumptorum. *vid. Const. Elect. Aug. 22. p. 3.*
in qua Serenissimus Constituens per verba, *so viel
davon verhanden* / id saltem intendit, quod ex ip-
sis corporibus donorum uuptialium extantium dimi-
dia pars viduæ præstanda sit, ne aliud pro alio accipe-
re cogatur, minime autem id voluit, ne consumpto-
rum æstimatio eidem præsteretur, quin potius dona nu-
ptialia in genere comparat cum bonis illatis, Ergo
sicut horum consumptorum ita & illorum, quorum
ex æquo domina facta est uxor, æstimatio præstanda
erit *vid. Moll. add. Const. 22. n. 3. ubi in fin. eandem sen-
tentiam facultati Lipsiens. placuisse testatur. Idemque
refert Berlich. p. 3. concl. 32. n. 15. de Anno 1615. adde Dn.
Carpz. add. Const. 22. defin. 6. ubi contra facultatem Ju-
rid. Lips. quæ diversum pronunciauit Anno 1613. Sen-
tentiam hanc pluribus tuetur. Et hæc in Electoratu
Sax. Extra eum, etiam in locis, in quibus Jus Saxoni-
cum observatur, succedit vidua, quæ aliunde vivere
congrue non potest, secundum dispositionem *d. Auth.
Præterea.* Nam si congruam dotem habeat, ex qua se
ipsam exhibere possit, eadem recepta cogitur esse con-
tenta. *Coler. decis. 61. n. 44.* quanquam, si tantum trans-
versales mariti extent, non liberi, nec ascendentes, vi-*

dua præter dotem etiam quartam ex bonis mariti capere possit, *Coler. d. loc. n. 49.* Et hæc ita in successione viduæ mariti ignobilis obtinent. Aliter autem in vidua mariti nobilis observatur, eaque præcipua sibi habet utensilia, sponsalitiã largitatem, dimidiam comestibilium vivente marito illatorum, & dotalitiũ. de speciebus ad utensilia sive geradam pertinentibus *vid. Berlich. p. 3. concl. 28. n. 4. & seqq.* de sponsalitiã largitate & rebus ad eam pertinentibus, *vid. eundem d. loc. n. 86. de comestibilibus mußtheil/vid. eundem d. p. 3. concl. 48. & const. & Aug. 35. & seqq. p. 3.* de dotalitiõ denique *vid. eundem d. concl. 28. n. 104.* Nobis enim prolixius ea hic persequi non licet *conf. Schultz in synops. Inst. h. t. rubr. ue success. conjugum.*

Cæterum quæ de successione conjugum dicta sunt hæctenus, etiam in sponso & sponsa de præsentẽ, ut vocamus, quæque à conjugibus parum differunt *l. 30. ff. de Reg. Jur.* locum habent. De jure tamen Saxónico, præter sponsalia de præsentẽ & copulam Sacerdotalem, consensio thori, & quidem sola, (licet commixtio naturalis non accesserit,) sive illa inter Nobiles & illustres personas usitata appositio in lectum requiritur. *vid. Const. Elect. Aug. l. 9. p. 3.*

*De casu
statuti spe-
cialis.*

Th. 10. Statuto, ne ultra quartam uxori (a) relinquat maritus, (b) uxor non continetur, (c)

(a) Jure comm. debitam.

(b) quale refert *Pingiz. q. Sax. 26.* & vigore illius statuti, uxorem contentam esse debere statuit, quarta, quam Lex ei decrevit.

(c) Sed potest ea, non obstante statuto ultra debitam legibus portionem, marito relinquere, eumque vel universalem heredem instituere. Præterquam enim

nim

779
nim, quod stricta debet esse interpretatio statuto-
rum, adeoque cum de marito tantum loquatur, ad u-
xorem extendendum haut est, etiam diversitas ratio-
nis utrobique militat. De marito sic statuere ideo
placuit, quia blanditiis & importunitatibus uxorum
solicitati facilius in præjudicium agnatorum, bona
in alienam familiam transferri poterant, ad quod fe-
minæ non æque & facile induci posse videntur. Con-
traria resolvit prolixè Pingitz. d. loc. adversus Schurff.
cent. 1. Conf. 85. n. 14. addc Arum. Exercit. 0. 15.

Th. II. In Quinto Ordine succedit Fiscus (a) qui *De succes-*
& interdum cognatos extantes excludit, (b) Et ab aliis *sione Fisci.*
vicissim excluditur, (c)

(a) Nullo scil. ex prædictis ordinibus existente
Hunc saltem loco heredis esse, & tantum succedere si
quid lucri & compendii speret statuit *M. Anton. Pe-*
regr. de J. Fisc. lib. 4. tit. 3. n. 22. Sed rectius, eum ve-
re & regulariter heredem esse, siquidem in jura om-
nia activa & passiva succedit *l. 5. C. de bon. proscript. l.*
2. C. ad L. Jul. de Vi. l. 21. ff. de J. fisci. Legata perinde
ut heres præstat *l. 5. §. 2. l. 96. §. 1. ff. de leg. 1. l. un. §. 14.*
C. de cad. toll. Et cæteris heredibus expresse compara-
tur ac jungitur *in l. 51. §. ff. de fidejus. Novell. 1. c. 1. §. 4.*
vers. in omnibus. vid Riem. decad. 8. q. ult. ubi rectissime
assertionem hanc, de casu tantum quo vacans heredi-
tas Fisco cedit, intelligit. non item de bonis, quæ alio
modo tanquam caduca ad eundem devolvuntur. De-
lata autem Fisco hereditate intra quadriennium bo-
na vacantia agnoscere debet *l. 1. l. pen. C. de bon. vacant.*
l. 2. §. 2. ff. de J. Fisc.

(b) Indignos nimir. vel incapaces. Indignis Jure
relinqui poterat, sed ob crimen vel culpam relicto se

reddiderunt indignos ob crimen vel culpam aut *in ip-
sum testatorem admissum*, eum occidendo, causam
mortis præbendo, necem ejus non vindicando; status
controversiam eidem defuncto movendo, aut grave
crimen ipsi imputando, testamentum ejus accusan-
do, ut falsum aut inofficiosum, de hereditate viven-
tis aliquid donando vel improbè paciscendo *l. 29. §.
fin. ff. de donat. aut in alios. incestas & prohibitas nup-
tias contrahendo vid. Auth. incestas. C. incest. nupt.
crimen læsæ majestatis committendo. l. 5. C. ad Jul.
Majest. &c. vid. t. t. ff. de his qua ut indig.*

Incapaces vero sunt, quibus ab initio relictum in-
validum erat, quales filii Grimini læsæ majestatis reor-
um, & perduellium *d. l. 5. liberi incestuosi & adulte-
rini Auth. ex complexu C. de incest. nup. Hæretici & A-
postatæ Auth. Credentes. C. de heret. ad horum alio-
rumque incapacium successionem admittitur fiscus,
& quidem deficientibus demum heredibus legitimis.
Excepto crimine læsæ majestatis *d. l. 5. C. ad L. Jul. Majest.*
Ejus vero qui mortem sibi conscivit cognatos, non ex-
cludit fiscus, nisi criminis illius reus fuerit, propter
quod bona confiscationi subjacent, quo tamen casu
heredibus innocentiam deducere permissum est.*

(c) à collegiis nim; Jure expressis, qualia Decurio-
num, sive Curialium, Naviculariorum, militum, co-
hortalium sive officialium Præsidis, Fabri censum,
vid. t. t. C. de hered. decur. Aliorum autem collegio-
rum licet approbatorum successio regulariter non est.
Ab Ecclesia quoq; in bonis Clericorum in *Novell. 130.
c. 13.* ab Episcopo in bonis peregrini, qui tamen here-
dibus defuncti legitimis ea restituet, aut iis non ex-
stantibus, in pias causas erogabit. *Auth. peregrini C.*

capitolo.

575
*comm. de success. à patrono in hereditate liberti §. 3. Inst. de success. Libert. & à socio Imperialis liberalitatis, in donis nimirum Imperialibus l. un. C. si liberal. Imperial. soc. Fiscus excluditur vid. Job. Strauch & Jeremias Reusnerus, uterque Collegii nostri Ordinarius quondam meritisimus, in colleg. Success. ab intest. ille disp. 7. §. 12. & seqq. hic vero disp. 5. §. 54. & seqq. Non tamen ab affinibus. l. 7. C. comm. de succ. nutritoribus l. 10. C. eod. tutoribus Dd. d. l. 10. Illi enim nullo Jure, nec civili nec Prætorio, nec alio ad successionem, solo illo affinitatis, nutritionis, vel gestæ tutelæ respectu vocantur. Nec quod in l. 73. pr. ff. de R. J. dicitur, quo tutela redit, eo hereditas pervenit de alio quam legitimo tutore intelligendum est. Imo potius ita informanda videtur lectio cum Hottom. *Eo tutela redit, quo hereditas pervenit*, ut ita tutela sit consequentia hereditatis, non contra, hereditas consequentia tutelæ vid. Gothofr in not. ad d. l. 73.*

Th. 12. Præter successionem ex testamento & ab *De Pactis* intestato, non aliam, neque contra testamentum (a) *successoribus* neque pactitiam (b) agnoscimus, regulariter. (c)

(a) Ut si infirmatâ voluntate testatoris succedatur; Nam ad alterutram speciẽ referri potest, nimirum ad causam testati, ratione causæ l. 1. §. 2. ff. si tab. testam. null. extab. §. 1. & 2. Inst. de bon. poss. ad causam intestatione effectus, quatenus intestatus dicitur decessisse, cujus testamentum infirmatum est l. 1. pr. ff. de suis & legit. Forst. d. 15. th. 2.

(b) Quæ cum defuncto quis pactus est de succedendo, quale pactum invalidum est l. 5. C. de pact. convent. tam sup. dot. l. 61. ff. d. V. O. non tam, quod votum inducat captandæ mortis, aut quod sic adimat libera *testan-*

testandi facultas. Sed quod duo tantum Jure Publico
introduci sint modi, quibus hereditas deferatur, Ju-
re successionis, nimirum vel ex testamento vel ab in-
testato *Du. Frantz. Exerc. 8. q. 10.* Ex pacto itaque he-
reditas obvenire non poterit, quod ita intelligendum
est, si conventum fuerit, ut paciscens defuncto succe-
dat, si vero nulla successionis facta mentione, tantum
convenerit, ut is post mortem defuncti bona sua ha-
beat, hoc certè pro pacto de succedendo non habend-
um, ideoque validum est. in vim obligationis con-
tractæ, cujus vi alter ab heredibus defuncti bona, non
tanquam successor, sed tanquam creditor cui ex obli-
gatione Jus quæsitum erat, petere & obtinere potest.
*vid. Gail. lib. 2. obs. 126. n. 6. & seqq. Hartm. Pist. p. 4. q.
2. & 3.*

(c) Nisi inter milites. *l. 19. C. de pact.* Illustres & con-
juges. *Gail. 2. O. 126. & seq. Myns. 2. O. 33. & Guttich. pe-
culiari dissertat. de confraternit.* Alia est ratio pacti
de successione tertii, qui si incertus sit, valet pactum
de ejus hereditate inicum. *l. 3. §. 2. ff. pro soc.* Si certus
non aliter valet, nisi ipso consentiente, nec mutante
sententiam *l. ult. C. de pact.* An autem & quatenus fi-
lia, dote accepta renunciare possit paternæ heredita-
ci, vel cum Juramento vel absque illo *vid. l. fin. ff. de
suis & leg. lib. 3. C. de collat. c. quamvis de pact. in 6. de
Const. Elect. Aug. 35. p. 2. ibique Moll. Berl. p. 2. Concl.
43. n. 29. & seqq.* Singula enim hic evolvere integrum
non est.

||A.D.D.I-

ADDITAMENTA.

I.

DE Jure Saxonico, perinde ut de Jure civili antiquo Pater in Successione excludebat matrem, eaque demum post Patrem succedebat, per textum evidentissimum in Landr. lib. 1. art. 17. *Stirbet der Mann ohne Kind/sein Vater nimbt sein Erbe/hat er des Vaters nicht/so nimmet es seine Mutter etc.* Quæ verba vix patiuntur, ut dicamus, id saltem velle Saxonem, patrem liberorum hereditatem capere Jure usufructus tantum & administrationis, nihilominus tamen dimidiam matri relinquendam esse Jure proprietatis: Eam enim aperte non excludi. Ut ut Sit. Haud absolum visum fuit Saxoni ad exemplum & mores aliarum gentium, etiam Romanorum veterum, Patrem in hereditate Liberorum, matri præferre: Rem totam autem decidit D. Augustus Elector p. 3. *const.* 17. qua sancit ad modum Juris Cæsarei novissimi, utriusque Parentis in bonis Liberorum successionem esse æqualem: Cætera quæ circa successionem, maximè collateralium ex Jure Saxonico specialia, notari poterant; jam supra tetigimus *h. 6.*

II.

De rebus expeditoriis illæ tantum species (*vid. Coler. decis.* 103.) quæ in hereditate defuncti reperiuntur præstandæ sunt: nec defectum cæterarum supplere heres tenetur Landr. *Lib. 1. art. 22.* si tamen inventarium rite non confecerit, jurare cogitur res illas non adfuisse *Coler. d. loc. n. 9. 10.*

Res quoque quas habuit defunctus ad Hergevvetam pertinentes, in præjudicium Agnati per testamentum aut donationem mortis causa alienare non potest. Exemplo geradæ; neutrum enim horum Jure hereditario defertur, sed familiæ ratione ob agnationem nimirum & cognationem quod si fecerit, eo nomine, ut satisfiat agnatis necesse est: Inter res illas expeditorias etiam refertur equus, ein Pferdt gesattelt vnd gezeumet/ idemque masculini generis, unde si equas tantum Mutterpferde reliquerit, nihil debetur loco Hergevvetæ, nisi consuetudine inductum sit. in defectum, equam da-

G

ri. Ne-

ri. Neque inter cives & rusticos præstatio rerum expedito-
riarum locum habet: sed inter Nobiles tantum *Landr. d. lib.*
l. 22. nisi de consuetudine locorum speciali. Qualis in Sa-
xonia ubique ferme obtinet *Coler. d. loc. n. 20.*

III.

Debentur quidem Agnatis res expeditoriæ, ut & Gerada
cognatis foeminis, speciali familiæ jure: non tamen ante so-
lutum æs alienum, hoc enim, si cætera bona non sufficiant, ex
illis quoque rebus exsolvendum est, ne lucrum capiant cum
detrimento creditorum, qui de damno vitando saltem cer-
tant. Imo si debitum pro rebus hereditariis & geradicis con-
traxerit defunctus defunctave, agnatus vel cognata id exsol-
vent, non cæteri heredes, licet bona hereditaria sufficiant,
sicut & pignori saltem obligatas res illas rediment ii, quibus
ex dispositione juris debentur. *Coler. dec. 204 n. 4.* si tamen in
communem rei familiaris usum oppignorata fuerint, ut he-
redes redimant, æquissimum est, ut eo devolvatur onus, quo
lucrum pervenit.

IV.

Alia ratio est illius geradæ, quæ viduæ debetur ex bonis
mariti præfuncti. Nam ex illa, ne quidem in Subsidiu, æs
alienum à marito, licet geradæ nomine contractum, exsol-
vere tenetur, cum vivo quoque marito nec tam ex causa lu-
crativa, quam jure proprio ad uxorem pertineat, ita ut ean-
dem, si ante maritum obierit, ad proximam cognatam trans-
mittat, *vid. Hart. Pist. lib. l. q. 31. n. 13.* Quomodo in utram-
que partem quondam discesserint Doctores Saxonici, & quo-
modo oblata à compilatoribus constitutionum sententia
affirmativa; D. Elector Augustus Protestantibus & recusan-
tibus Nobilibus eam pro constitutione haberi noluerit, sed
decisioni suæ reservavit, *vid. Frid. Pensold. in addit. ad Coler.*
decif. 286. n. 194. Hodie sententia negativa placuit Serenissi-
mo nostro *in ordinat. Judic. tit. 43. §. vnd well hierbey;* Solis
satisfactioni creditorum sicut & morgengaba & comestibi-
lia cedunt, *d. §. in fin.* Similiter bona utensilia, à marito op-
pi-

577
pignorata, heredes reluent, non vidua, nisi consensum oppi-
gurationi præbuerit. Fraudibus quoq; ut in aliis ita & sic ob-
viari necesse est. Ideo si in præjudicium creditorum bona gera-
dica maritus nimio sumptu comparaverit, non audietur vidua
juribus illis, quæ diximus usura, sed de iis utensilibus, in subfi-
dium exsolvi debita patietur; quod & eo casu obtinet, quo
ipsa utensilia à marito comparata pro pretio venditionis op-
pignorata sunt, illa enim eum eodem, quo affecta sunt one-
re, ad uxorem transeunt. *vid. H. Pist. d. q. 31. n. 37. Andr. Rauchb.
p. 1. q. 6. n. 47. & seqq.*

V.
Portionem statutariam, dum Jure Sax. petit vidua, bona
sua conferre tenetur, ita ut si in collatione vel designatione
suspectam se fecerit, jurisjurandi religione obstringatur, eâ-
que mediante, sua bona conferat, acceptaque illa portione
pro rata ejusdem æri alieno marito exsolvendo obnoxia est,
aut ferri tamen ei testamento mariti vel alio modo nequit; I-
mo confiscatis mariti bonis ob læsæ majestatis vel perduel-
lionis crimen, portionem suam statutariam salvam atque in-
tegram habebit, Exemplo dotis *Auth. bona damnatorum C. de
bon. proscript. ne delicto mariti uxor citra culpam suam dam-
num incurrat vid. Berlich. p. 3. concl. 27. n. 24.*

VI.
Fiscus, sicut non exstantibus heredibus vel conjuge legiti-
mis, in bonis vacantibus ab intestato succedit, ita & res ex-
peditorias deficientibus agnatis, & geradam deficientibus co-
gnatis capit: qualia jura fiscalia moribus Saxonis omnes
civitates & magistratus merum & mixtum Imperium haben-
tes exercent *Forster de domin. c. 9. n. 92.* ita tamen ut in Ge-
rada, Expeditoriis rebus & reliqua hereditate jus retortionis
sive talionis locum habeat: nec alio modo transferantur il-
læ res, quam si magistratus illius loci, res easdem, casu eve-
niente alio transferri patiat, de quo jure Retortionis *vid.
Const. Elect. Aug. 38. p. 3.*

VII.
In hereditatibus, Legatis, fideicommissis, rebus expedito-
riis, Geradicis, alio transferendis, magistratui Jus certam por-
tionem

tionem detrahendi competit, quæ vel tertia, vel quarta, vel decima est, & appellatur *Abzug* oder *nachsteuer* / si scilicet statuto vel consuetudine, jus illud inductum probari possit. Idque ita inductum, non tamen exerceri potest adversus liberos vel parentes defuncti in hereditate aliò transferendâ *vid. Rauchb. p. 1. quest. 25.* in cujus fine refert, speciali transactione inter Academiam hanc & Senatum oppidanum conventum fuisse, ne Senatui potestas esset hereditatibus parentum aut liberorum ad corpus Academiæ pertinentium, vel de bonis Professorum eorumque Liberorum domicilium alio transferentium quicquam detrahere, eamq, transactionem D. Augustus Elector Anno 1602 confirmasse ait. adde eundem *d. lib. 1. quest. 4.*

VIII.

Ubi ita Magistratus Jus retortionis vel talionis usurpat adversus aliam civitatem, cives ejusdem ad geradam, *Heergevettam* &c. capiendam non admittendo: res illæ nequaquam Magistratui cedunt, sicut alia bona vacantia, sed heredibus cæteris quibus vel ex testamento vel ab intestato debebatur hereditas, applicantur, qui eo casu neque pro indignis neque pro incapacibus haberi possunt: iisque magis favendum est quam Fisco, contra quem alias in dubiis & odiosis interpretatio fieri solet *l. 10. ff. de jure fisc.* Et hanc sententiam approbavit D. Augustus Elector. *d. Const. §. 2. §. diewell sich a ber / in si. vid. Rauchb. p. 2. q. 19. ubi n. 7. in fin.* Antecessores nostros Anno 1583. ita pronuntiasse refert.

F I N I S.



Handwritten ink scribbles, possibly remnants of a signature or date.

00 A 64 621


ULB Halle 3
002 937 379



WD 17

Retro ✓







B. V. 20. 26. 552

TINIANEARUM
DECIMA,

SSIONI.
B INTE-
T O.

Permissu Magni-
nis in almâ Leucoreâ,
ESIDE
tissimo & Excellentissimo
RIDO SUEVO;
mo Curiaë Elector. Facultat.
essore gravissimo, Patrono suo
e submissè colendo,
efendet
AMUS HERFURTH,
NENSIS.
1.3 Octobr.
erio Jctorum,

TEBERGÆ,
IANO, M DC, LII.

